



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Q. SEPTIMII|| FLORENTIS|| TERTVLLIANI||
CARTHAGINIENSIS|| PRESBYTERI, OPERA|| QVÆ
HACTENVS REPERIRI|| POTVERVNT OMNIA:||**

Tertullianus, Quintus Septimius Florens

Antverpiae, 1584

De carne Christi aduersus quatuor Hæreseis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73633)

A Q. SEPTIMI FLORENTIS
TERTULLIANI DE CARNE
CHRISTI ADVERSUS QUATVOR
Hæreses, Liber.



VI^o FIDEM resurrectionis¹ ante istos Sadducæorum propinquos sine CAP. I.
controuersia⁴ moratam, student inquietare, vt eam spem negent etiam
ad carnem pertinere, meritò quoque carnem Christi quæstionibus dis-
trahunt, tanquam aut nullam omninò, aut quoquo modo aliam præter
humanam: ne si humanam confiterit fuisse, præiudicatum sit aduersus
illos eam resurgere omni modo, quæ in Christum resurrexerit. Igitur
vnde illi destruunt carnis vota, inde nobis erunt præstruenda. Exami-
nemus corporalem substantiam Domini: de spiritali enim certum est. Carnis quæritur
veritas,⁶ & qualitas eius retractatur, an fuerit, & vnde, & cuiusmodi fuerit. ⁷ Renuntia-
tio eius dabit legem nostræ resurrectioni. ⁸ Marcion vt carnem Christi negaret, negauit
etiam natiuitatem: aut vt natiuitatem negaret, negauit & carnem: scilicet ne inuicem tibi
B testimonium redderent & responderent natiuitas & caro. quia nec natiuitas sine carne,
nec caro sine natiuitate: quasi non eadem licentia hæretica & ipse potuisset, aut admissa
carne natiuitatem negare, vt Apelles discipulus, & postea desertor ipsius: aut & carnem &
natiuitatem cõfessus, ¹⁰ aliter illas interpretari, vt cõdiscipulus & condesertor eius Valen-
tinus. ¹¹ Sed & qui carnem Christi putatiuam introduxit, æquè potuit natiuitatis quoque
phantasmata confingere, vt & conceptus, & ¹² prægnatus, & partus virginis, & ipsius exin-
de infantis ordo ¹³ *το δὲ κῆρ* haberetur. Eisdẽ oculos, eosdẽque sensus fefellissent, quos
carnis opinio inludit. ¹⁴ Planè natiuitas à Gabriele annunciat. Quid illi cum angelo
creatoris & virginis vtero? Conceptus inducitur, quid illi cum essentia creatoris? Odit
moras, qui subito Christum de cœlis deferebat. ¹⁵ Aufer hinc, inquit, molestos semper
Cæsaribus census, & diuersoria angusta, & sordidos pannos, & dura præsepia. ¹⁶ Viderit an-
gelica multitudo Dominum suum noctibus honorans. Seruent potius pecora pastores: &
Magi ne fatigentur de longinquo, dono illis aurũ suum. ¹⁷ Melior sit & Herodes, ne Hie-
remias gloriatur. Sed nec circuncidatur infans, ne doleat: nec ad templum deferatur, ne
parentes suos oneret sumptu oblationis: nec in manus tradatur Simeonis, ne senem mo-
riturum exinde contristeret. Taceat & anus illa, ne fascinet puerum. ¹⁸ His opinor confi-
liis tot originalia instrumenta Christi delere Marcion ausus est, ne caro eius probaretur.
Ex qua, oro te, auctoritate? si Propheta es, prænuntia aliquid: si Apostolus, prædica
C publice: si Apostolicus, cum Apostolis senti: ²⁰ si tantummodò Christianus es, crede
quod traditum est: si nihil istorum es, meritò dixerim morere: nam & mortuus es, qui non
es Christianus, non credendo quod creditum Christianos facit. Et eo magis mortuus es,
quo magis ²¹ non es Christianus: qui cùm fuisses, excidisti, rescindendo quod retrò credi-
disti: ²² sicuti & ipse confiteris in quadam epistola, & tui non negant, & nostri probant. Igi-
tur rescindens quod credidisti, iam non credens rescidisti: nõ tamen quia credere desisti,
rectè rescidisti. Atquin rescindendo quod credidisti, probas, antequam rescinderes aliter
fuisse quod credidisti aliter. Illud ita erat traditum, porrò quod traditum erat, id erat ve-
rum, vt ab eis traditum, quorum fuit tradere. Ergo quod erat traditum rescindens,
quod erat verum rescidisti. Nullo iure fecisti. Sed plenius eiusmodi præscriptioni-
bus aduersus omnes hæreses, alibi iam vsi sumus. Post quas nunc ex abundanti re-
tractamus, desiderantes rationem qua non putaueris natum esse Christum. ²³ Neceffe CAP. III.
est quatenus hoc putas arbitrio tuo licuisse, vt aut impossibile, aut inconuenientem
Deo existimaueris natiuitatem. Sed Deo nihil impossibile, nisi quod non vult. An
ergo voluerit nasci (quia si voluit, potuit, & natus est) consideremus. Ad compendium
decurro. Si enim nasci se Deus noluisse, quacumque de causa, nec hominem se videri
præstitisset. Nam quis hominem videns, eum negaret natum? Itaque quod noluisse esse,
nec videri omninò voluisse. Omnis rei displicentis etiam opinio reprobatur. Quia nihil
interest, utrũ sit quid, an non sit: si cùm non sit, esse præsumitur. Planè interest illud, vt fal-
sum non patiat, quod verè non est. Sed satis erat illi, inquis, conscientia sua. Viderint

homines, si natum putabant, quia hominem videbant. Quamò ergo dignius, quantoque constantius humanam sustinisset existimationem verè natus, eandem existimatione citius non natus subiturus cum iniuria conscientie suae, quam tu ad fiduciam reputas, vt non natus aduersus conscientiam suam natum se existimari sustineret? ²⁴ Quid tanti fuit, edocere vt consciens Christus quid esset, esse se quod non erat, exhiberet. non potes dicere, si natus fuisset, & hominem verè induisset, Deus esse desisset, amittens quod erat, dū assumit quod non erat. Periculum enim status sui Deo nullum est. Sed ideò, inquis, nego Deum in hominem verè conuersum, ita vt & nasceretur, & carne corporaretur: quia qui sine carne etiam in conuertibilis sit, necesse est. Conuerti enim in aliud, finis est pristini. Non competit ergo conuersio, cui non competit finis. ²⁵ Planè natura conuertibilium ea lege est, vt permaneant in eo quod conuertitur in eis: & ita non permanendo pereant, dū perducentur uertendo quod fuerunt. sed nihil ²⁶ Deo par est, natura eius ab omnium rerum conditione distat. Si ergo quæ à Deo distat, à quibus Deus distat, cum conuertuntur, amittunt quod fuerunt: vbi erit diuersitas diuinitatis à ceteris rebus, nisi vt contrariū contineat, id est, vt Deus & in omnia conuerti possit, & qualis est, vt perseverare: alioquin par erit eorum vt conuersa amittunt quod fuerunt: quorum vtique Deus in omnibus par non est, si natus exitu conuersionis. ²⁷ Angelos creatoris conuersos in effigiem humanam aliquando gestasse, & credidisti, & tantam corporis gestasse veritatem, vt & pedes eis lauerit Abraham, & manibus ipsorum ereptus sit Sodomitis Loth: conuictus quoque homini angelorum corporis pondere dimitti desiderauit, ab eo à quo detinebatur. Quod ergo angelorum ferioribus Deo licuit, vt conuersi in corpulentiam humanam, angeli nihilominus permanerent, hoc tu potentiori Deo auferes, quasi non valuerit Christus verè hominem indutus, Deus perseverare: Aut nunquid & angeli illi phantasma carnis apparuerunt? audebis hoc dicere, nam si sic apud te angeli creatoris, sicut & Christus: eiusdem substantie erit Christus, cuius angeli: angeli tales qualis & Christus. Si scripturas opinio inuidentibus, non de industria alias reiecisses, alias corrupisses, confundisset te hinc Evangelium Ioannis, prædicans ²⁸ spiritum columbæ corpore lapsum descendisse super Dominum: spiritus cum hoc esset, ²⁹ tam verè erat & columba, quam & spiritus: nec interfectionem substantiam propriam, assumpta substantia extranea. Sed quæris corpus columbæ vbi lapsus est spiritus in cælum, & quæ & angelorum, & eadè ratione interceptum est; quæ & edimittatur, si vidisses cum de nihilo proferebatur, scisses cum in nihilum subducebatur. Si in initium visibile, nec finis. Tamen corporis soliditas erat, quo momento corpus videtur.

CAP. IIII. Non potest non fuisse quod scriptum est. [³⁰ Igitur si neque vt impossibile, neque vt periculofam Deo repudias corporatione, superest vt quasi indigna reicias & accuses. Ad ipsa quidem exorsus odio habita natiuitate, ³¹ perora age iam spurcitas genitalium in terra elementorum, humoris & sanguinis foeda coagula, carnis ex eodem cœno alenda, perueniemenses: describe vterum de die in diem insolescentem, grauem, ³² anxium, nec potum incertum libidinibus fastidij & gula. Inuehere iam & in ipsum mulieris enitentis partem, vel pro periculo honorandum, vel pro natura religiosum. Horres vtique & intantur, ³⁴ cum suis impedimentis profusum vtique & oblitum. Deditur quod pannis dicitur, quod vinctioibus formatur, quod blâditis deridetur. ³⁵ Hanc venerationem oblationis, naturæ despicias: & quo modo natus es: odisti nascentem hominem: & quo modo angelis aliquem: te quidem planè non amasti, cum ab Ecclesia & fide Christi recessisti. Sed deris, si tibi displices, aut si aliter natus es. Certè Christus dilexit hominem illum in mundum dicitis, in vtero coagulatum, illum per pudenda prolatum, illum per ludibria nutum ad mortem, & mortem crucis: amauit vtique ³⁶ quem magno pretio redemit. ³⁷ Si Christus creator eius est, suum meritò amauit: si ab alio Deo est, magis adamauit, quòdo aliter redemit. Amauit ergo cum homine etià natiuitatem, etiam carnem eius. Nihil amauit, test sine eo per quod est, id quod est. Aut aufer natiuitatem, & exhibe hominem, ad quem natus, & præsta quem Deus redemit. Si hæc sunt homo quem Deus redemit, tu hæc credenda illi facis, quæ redemit, & indigna, quæ nisi dilexisset, non redemisset? ³⁸ Natiuitatem reformata regeneratione cœlesti, carnem ab omni vexatione restituit, leprosam emaculat, cæcam perluminat, paralyticam redintegrat, dæmoniacam expiat, mortuam resuscitat, & feram nasci in illam erubescit? Si reuera de lupa, aut sue, aut vacca prodire voluisset, & feram pecoris corpore indutus, regnum cœlorum prædicaret, tua opinor, illi censura præscriberet.

TERTULIANI
Cum Annotat
PADERBORN
A. V.
16.

Genes. 18.

Gen. 19.

Gen. 32.

Ioan. 1.

CAP. IIII.

Philipp. 2.

I. Cor. 6.

Matth. 11.

A ret: Turpe hoc Deo, & indignum hoc Dei filio, & stultum propterea qui ita credat. Sit planè stultum, si de nostro sensu iudicemus Deum. Sed circumspice Marcion, si tamen non delesti: ^{1. Cor. 1.} Stulta mundi elegit Deus, vt confundat sapientiam. Quænam hæc stulta sunt: conuersio hominis ad cultum veri Dei, reiectio erroris, disciplina iustitiæ, pudicitia, patientia, misericordia, innocentia: omnia hæc quidem stulta non sunt. Quære ergo de quibus dixerit. Et si te præsumpseris inuenisse, non erit iam stultum credere in Deum, natum & quidem ex virgine: & quidem carneum, qui per illas naturæ contumelias volutus sit. Dicat hæc aliquis stulta non esse: & alia sint, quæ Deus in æmulationem elegerit sapientia secularis; & tamè apud illam facilius creditur, ⁴⁰ Iupiter taurus factus aut cygnus, quàm verè homo Christus penes Marcionem. [⁴¹ Sunt planè & alia tam stulta, quæ pertinent ad contumelias & passiones Dei. ⁴² Aut prudentiam dicant Deum crucifixum. Aufer hæc quoq; Marcion, inamò hoc potius. Quid enim indignius Deo? quid magis erubescèdum, nasci, an mori? carnem gestare, an crucem: circumcidi, an suffigi: educari, an sepeliri in præsepe deponi, an in monumentum recondi? Sapientior eris, si nec ista credideris. ⁴³ Sed non erit sapiens, nisi stultus seculo fueris, Dei stulta credendo. an idèò passiones in Christo non rescidisti, ⁴⁴ quia vt phantasma vacabat à sensu earum. Diximus retrò què illum & natiuitatis & infantia imaginaria & vacua ludibria subire potuisse. Sed iam hic responde ⁴⁵ interfecto veritatis. ⁴⁶ Nonne verè crucifixus est Deus, nonne verè mortuus, vt verè crucifixus: nonne verè resuscitatus, vt verè scilicet mortuus? Falsò ergo statuit inter nos scire Paulus tantum crucifixum: falsò sepultum ingessit, falsò resuscitatum inculcauit. ^{1. Cor. 3.}

B Falla est igitur & fides nostra, & phantasma est totum quod speramus à Christo. Scelestissime hominum, qui interemptores excusas Dei. Nihil enim ab eis passus est Christus, si nihil verè est passus. Parce vnica spei totius orbis, qui destruis necessariū decus si dei. Quodcumque Deo indignum est, mihi expedit. Saluus sum, si non confundar de Domino meo. ^{Marc. 8.} ^{Luc. 9.} ^{12.} ⁴⁷ Qui me, inquit, confusus fuerit, confundar & ego eum. Alias non inuenio materias confusiois, quæ me per contemptum ruboris probent, benè impudentem, & scèliciter stultum. Natus est Dei filius: non pudet, quia pudendum est. & mortuus est Dei filius: prorsus credibile est, quia ineptum est. & sepultus, resurrexit: certum est, quia impossibile est. Sed hæc quomodo in illo vera erunt, si ipse non fuit verus, si non verè habuit in se quod figeretur, quod moreretur, quod sepeliretur & resuscitaretur? ⁴⁸ carnem scilicet hanc sanguine suffulam, ossibus substructam, neruis intextam, venis implexam, quæ nasci & mori nouit, humanam sine dubio, vt natam de homine: Ideòque mortalis hæc est in Christo, quia Christus homo & filius hominis. Aut cur homo Christus & filius hominis, si nihil hominis & nihil ex homine: nisi si aut aliud est homo quàm caro, aut aliud è caro hominis quàm ex homine, aut aliud est Maria quàm homo. Deus, Marcion, haud aliter non diceretur homo Christus sine carne: nec hominis filius sine aliquo parente homine: sicut nec Deus sine spiritu Dei, nec Dei filius sine Deo patre. ⁴⁹ Ita vtriusque substantia census hominem & Deum exhibuit: hinc natum, inde non natum: hinc carneum, inde spiritalem: hinc infirmum, inde præfortem: hinc morientem, inde viuentem. Quæ proprietates conditionum diuinæ & humanæ, & qua vti que nature veritate cuiusque dispuncta est, eadem fide spiritus & carnis: virtutes spiritus Dei, passiones carnem hominis probauerunt. Si virtutes non sine spiritu, proinde & passiones non sine carne. Si caro cum passionibus ficta, & spiritus ergo cum virtutibus falsus. Quid dimidias mendacio Christum: totus veritas fuit. Maluit, crede, nasci, quàm ex aliqua se parte mentiri, & quidem in se ipso: vt carnem gestaret, sine ossibus duram, sine musculis solidam, sine sanguine cruentam, ⁵⁰ sine tunica vestitam, sine fame esurientem, sine dentibus edentem, sine lingua loquentem, vt phantasma auribus fuerit sermo eius per imaginem vocis. Fuit itaque phantasma etiam post resurrectionem, cum manus & pedes suos discipulis inspiciendos offerret: Aspice, dicens, quòd ego sum, quia spiritus ossa non habet, sicut me habentè videtis, sine dubio manus & pedes & ossa quæ spiritus non habet, sed caro. Quomodo hanc vocem interpretaris Marcion, qui à Deo optimo, & simplici, & bono tantum inferens Iesum? Ecce fallit & decipit, & circumuenit omnium oculos, omnium sensus, omnium accessus & còtactus. Ergo iam Christum non de cælo deferre debueras, sed de aliquo ⁵¹ circulatorio cætu, nec Deum præter hominem, sed Magum hominem, nec salutis pòtificem, sed spectaculi artificem, nec mortuorum suscitatorè, sed viuorū auocatorè. Nisi quod et si Magus fuit, natus est. ⁵² Sed quid iam discentes Pontici illius, supra magistrum sapere compulsi, concedunt Christo carnis

LIAN
tionibus
II

veritatem, sine præiudicio tamen renuenda satiuitatis. Habuerit, inquit, carnem, quem D
 omninò non natam. Peruenimus igitur de calcaria (quod dici solet) in carbonariam, à
 Marcione ⁵³ ad Apellem, qui postea quã à disciplina Marcionis in mulierem carne lapsus
 est, & dehinc in virgine Philumene spiritu euerfus est, solidum Christum corpus & sine nati-
 uitate suscepit ab ea, prædicans ⁵⁴ ut angelus quidem illius Philumenes. Eadem voce Apo-
 stolus respondet, quã ipsam illum iam tunc præcinebat, dicens: ⁵⁵ Etiam si angelus de
 cælo aliter euangelizauerit vobis, quàm nos euangelizauimus, anathema sit. His verò qui
 insuper argumentantur, nos resistemus, confitentes verè corpus habuisse Christum. Vnde
 materia, si non ex ea qualitate, in qua videbatur: Vnde corpus, si non caro corpus? Vnde
 caro, si non nata? quia nasci haberet ea futura quæ nascitur. ⁵⁶ De sideribus, inquit, de
 de substantiis superioris mundi mutuatus est carnem. Et vtiq; proponunt, non esse mu-
 randum corpus sine natiuitate, cum & apud nos angelis licuerit, nulla vteri opera in car-
 nem processisse. Agnoscimus quidem ita relatum, sed tamen quale est, vt alterius regule
 fides, ab ea fide quam impugnat, instrumentū argumentationibus suis mutetur? ⁵⁷ Qui
 illi cum Moyse, qui Deum Moyse reicit? Si alius Deus est, aliter sint res eius. Sed vt
 hæretici omnes scripturis eius, cuius vtuntur etiam mundo. Erit illis hoc quoque in testi-
 monium iudicij, quod de exemplis ipsius blasphemias suas instruunt. Facile est vtiq;
 etiam nihil tale aduersus eos præscribenti obtinere. Igitur qui carnem Christi ad exemplum
 proponunt angelorum, non natam dicentes scilicet carnem, comparent velim & car-
 nem Christi quàm angelorum, ob quas in carnem venerunt. Nullus vnquam angelus
 idè descendit vt crucifigeretur, vt mortem experiretur, vt à morte resuscitaretur. Si
 quafi eiusmodi fuit causa angelorum corporandorum, habes causam cur non nasci
 acceperint carnem. Non venerant mori, idè nec nasci. At verò Christus mori missus
 sci quoque necessariò habuit, vt mori posset. Non enim mori solet, nisi quod nati-
 utum debitum est inter se natiuitati cum mortalitate. Forma moriendi, causa mori-
 di est. Si propter id quod moritur, mortuus est Christus, id autem moritur quod dicitur
 tur, cõsequens item erat, immò præcedens, vt æquè nasceretur propter id quod nati-
 (quia propter id ipsum mori habebat) quod, quia id quod nascitur, moritur, non com-
 tebar non nasci, pro quo mori competebar. ⁵⁸ Atquin tunc quoque inter illos angelos
 Dominus apparuit Abraham sine natiuitate, cum carne scilicet, pro eadem causã
 tate. ⁵⁹ Sed vos hoc non recipitis, non eum Christum recipientes, qui iam tunc
 qui, & liberare, & iudicare humanum genus ediscebat in carnis habitu non nato,
 quia nondum moritura, nisi prius & natiuitas eius & mortalitas adnunciarentur. Ita
 probent angelos illos de sideribus accepisse substantiam carnis, si non probant, quod
 scriptum est, nec Christi caro inde erit, cui angelorum accommodant exemplum. ⁶⁰ Co-
 stat angelos carnem non propriam gestasse, vt puta naturam substantie spiritalis, & si cor-
 ris alicuius, sui tamen generis: in carnem autem humanam transfigurabiles ad tempus
 videri & congregari cum hominibus possent. Igitur cum relatum non sit, vnde sumptum
 carnem, relinquatur intellectui nostro non dubitare, hoc esse proprium angelicæ potestatis
 nihil de eo constat, quia scriptura non exhibet. Ceterum qui valent facere semetipsos
 natura non sunt, cur non valeant etiam ex nulla substantia facere: si fiunt quod non sunt,
 cur non ex eò fiant quod non est? Quod autem nõ est, cum sit, ex nihilo est. Propter hoc
 requiritur, nec ostenditur, ⁶¹ quid postea factum sit corporibus illorum. Quod deinde
 fuit, nihil factum est. Possunt nihil ipsum conuertere in carnem, qui semetipsos potuerunt
 conuertere in carnem. Plus est naturam demutare, quàm facere materiam. Sed si demuta-
 ria necesse fuisset angelos sumpsisse carnem, credibilius vtiq; est de terrena materia, quàm
 de vllò genere cœlestium substantiarum: cum ad eò terrenam qualitatis extiterit, vt terrena
 pabulis pasta sit. Fuerit nunc quoque siderea, eodem modo terrenis pabulis pasta, quod
 terrena non esset, quo terrena cœlestibus pasta est, quando cœlestis nõ esset. Legimus etiam
 manna esui populo fuisse. Panem, inquit, angelorum edit homo (non tamen insin-
 tur semel separata conditio Dominicæ carnis, ex causa alterius dispositionis. Homo ve-
 rè futurus vsque ad mortem, eam carnem oportebat vt indueret, cuius est mors. Eam
 porrò carnem, cuius est mors, natiuitas antecedit. [⁶² Sed quotiens de natiuitate conuen-
 ditur, omnes qui respuunt eam vt præiudicantem de carnis in Christo veritate, ipsam
 Deum volunt negare esse natum, quod dixerit: ⁶³ Quæ mihi mater, & qui mihi frater
 Andree

Gen. 18.

Gen. 18.

Psal. 77.

CAP. V. W.

Matth. 13.

Luc. 8.

TERTULI
 Cum Annota
 PAMEL
 A. V.
 16.

A Audiatur igitur & Apelles⁶⁵ quid iam *RESPONSVM SIT* à nobis *MARCIONI*, EO LIBELLO QVO EVANGELIVM IPSIVS PROVOCAVIMVS, considerandam scilicet materiam pronuntiationis istius. Primò quidem nunquam quisquam adnuntiasset illi matrem & fratres eius foris stare, qui non certus esset habere illum matrem & fratres, & ipsos esse quos tunc nuntiabat, vel retrò cognitos, vel tunc ibidem compertos.⁶⁶ Licet propterea abstulerint hærefes ista de Euangelio,⁶⁷ quod & creditum patrem eius Ioseph fabrum, & matrem Mariam, & fratres, & sorores eius optimè notos sibi esse dicebant, qui mirabantur doctrinam eius. Sed tentandi gratia nuntiauerant ei matrem & fratres, quos non habebat. Hoc quidem scriptura non dicit, aliàs non tacens, quum quid tentationis gratia factum est circa eum: Ecce, inquit, surrexit legis doctor, tentans eum. Et accesserunt ad eum Pharisei, tentantes. Quod nemo prohibebat hic quoque significari tentandi gratia factum. Non recipio, quod extra scripturam de tuo inferis. Dehinc materia tentationis debet subesse, quid tentandū putauerunt in illo, utique nativne esset, an non? Si enim hoc negavit responsio eius, hoc captavit nuntiatio tentatoris. Sed nulla tentatio tendens ad agnitionē eius, de quo dubitando tentat, ita subitò procedit, ut non antè procedat questio, quæ dubitationem inferens cogat tentationem. Porro si nusquam de natiuitate Christi volutatum est, quid tu argumentaris, voluisse illos per tentationem sciscitari quod nunquam prodixerunt in quaestione? Eò adiecimus, etiam si tentandus esset de natiuitate, non utique hoc modo tentaretur, earum personarum adnuntiatione, quæ poterant etiam nato Christo non fuisse. Omnes nascimur, & tamen non omnes aut fratres habemus aut matrem. Adhuc potest & patrem magis habere quàm matrem, & auunculos magis quàm fratres: ad eò non competit tentatio natiuitatis, quàm licebat & sine matris, & sine fratrum nominatione constare. Facilius planè est, ut certi illum & matrem & fratres habere, diuinitatem potius tentauerint eius quàm natiuitatem, an intus agens, sciret quid foris esset, mendacio petitis præsentia eorum, qui in præsentia non erant, nisi quod est vacuisset tentationis ingenium, poterat euenire ut quos illi nuntiabant foris stare, ille eos sciret absentes esse, vel valetudinis, vel negotij, vel peregrinationis nota iam necessitate. Nemo tentat eo modo, quo posse se sciat ruborem tentationis referre. Nulla igitur materia tentationis competente, liberatur simplicitas nuntiatoris, quòd verè mater & fratres eius superuenissent. Sed quæ ratio responsi matrem & fratres, ad præsens negantis, discat etiam Apelles. Fratres Domini non crediderunt in illum,⁶⁸ sicut & in Euangelio ante Marcionem ædito continetur.⁶⁹ Mater æquè non demonstratur adhæsisse illi, cum Martha & Maria alia in commercio eius frequententur. Hoc denique in loco apparet incredulitas eorum, cum is doceret viam vitæ, cum Dei regnum prædicaret, cum languoribus & vitis medendis operaretur, extraneis defixis in illum,⁷⁰ tam proximi aberant. Denique superueniunt, & foris subsistunt, nec introeunt, non computantes scilicet quid intus ageretur, nec sustinent saltem, quasi necessarius aliquid adferrent eo quod ille tum maximè agebat, sed amplius interpellant, & à tanto opere reuocatum volunt. Oro te Apelles, vel tu Marcion,⁷¹ si fortè tabula ludens,⁷² vel de histrionibus, aut aurigis contentens, tali nuntio auocareris, nonne dixisses, quæ mihi mater, aut qui fratres? Deum prædicans & probans Christus, Legem & Prophetas adimplens, tanti retrò æui caliginem dispargens, indignè vñs est hoc dicto ad percutiendam incredulitatem foris stantium, vel ad excutiendam importunitatem ab opere reuocantium? Ceterum ad negandam natiuitatem, alius necessarius fuisset ei locus, & tempus, & ordo sermonis, non eius qui possit pronuntiarī etiam ab eo, cui & mater esset & fratres,⁷³ quum indignatio parentes nō negat, sed obiurgat. Denique potiores fecit alios, & meritum prælationis ostendēs, audientiam scilicet verbi, demonstrat qua conditione negauerit matrem & fratres. Qua enim alios sibi adoptauit, qui ei adhærebant, ea abnegavit illos, qui ab eo abstinebant. Solet etiam adimplere Christus quod alios docet. Quale ergo erat, si docens⁷⁴ non tanti facere matrem aut fratres, quanti Dei verbum, ipse Dei verbum nuntiata matre & fraternitate defereret? Negavit itaque parentes, quomodo docuit negandos pro Dei opere.⁷⁵ Sed aliàs figura est synagogæ in matre abiuncta, & Iudæorum in fratribus incredulis. Foris erat in illis Israël, discipuli autem noui intus audientes, & credentes, & coherentes Christo, Ecclesiam deliniabant, quam potiorem matrem, & digniorem fraternitatem, reclusato carnali genere nuncupat. Eodem sensu denique & illi exclamationi respondit, non matris verum & vbera negans,⁷⁶ sed foeliciores designans, qui verbum Dei audiunt.

A animale affirmant, quod anima caro sit facta, ergo & caro anima. Et sicut caro animalis, ita & anima carnalis. Et hinc itaque causas requiro. ⁹⁴ Si ut animam saluam faceret in semetipso suscepit animam Christus, quia salua non esset nisi per ipsum, dum in ipso, non video cur eam carnem fecerit animale, induendo carnem, quali aliter animam saluam facere non posset, nisi carnem factam. Cum enim nostras animas non tantum non carneas, sed etiam a carne disiunctas saluas praestet: quanto magis illam, quam ipse suscepit, etiam non carnem redigere potuit in salutem? Item cum praesumant ⁹⁵ non carnis, sed animae nostrae solius liberandae causa processisse Christum: primo quam absurdum est, ut animam solam liberaturus, id genus corporis eam fecerit, quod non erat liberaturus. Deinde si animas nostras per illam quam gestauit, liberare suscepit, illam quoque quam gestauit, nostram gestasse debuerat, id est, nostrae formae, cuiuscunque formae est in occulto anima nostra, non tamen carnea. Ceterum non nostram animam liberauit, si carnem habuit; nostra enim carnea non est. ⁹⁶ Porro si non nostram liberauit, quia carnem liberauit, nihil ad nos, quia non nostram liberauit. Sed nec liberanda erat, quae non erat nostra, ut scilicet carnea: non enim periclitabatur, si non erat nostra, id est, non carnea. Sed liberatam constat illam. Ergo non fuit carnea, & fuit nostra, si ea fuit quae liberaretur, quoniam periclitabatur. Iam ergo si anima non fuit carnalis in Christo, nec caro potest animalis fuisse. [⁹⁷ Sed aliam argumentationem eorum conuenimus, exigentes

Luc. 9.

CAP. XI.

cur animale carnem subeundo Christus, animam carnalem videatur habuisse. Deus enim, inquit, gestauit animam visibilem hominibus exhibere, faciendo eam corpus, quae retro inuisibilis extiterit, natura nihil, nec semetipsam videns, praeter impedimentum carnis huius, ut etiam disceptaretur nata anima an non, mortalisne sit, an non? Itaque animam corpus effectam in Christo, ut eam & nascentem & morientem, & quod sit amplius, resurgentem videremus. Ex hoc autem quale erit, ut per carnem demonstraretur anima sibi aut nobis, quae per carnem non poterat agnosci, ut sic ostenderetur, dum id sit cui latebat, id est, caro: tenebras videlicet accepit, ut lucere possit. Denique adhuc prius retrahemus, an isto modo ostendenda fuerit anima, dehinc in totum inuisibilem eam retro allegent, utrum quasi incorporale, an etiam habentem aliquod genus corporis proprii? & tamen cum inuisibile dicant, corporalem eam constituunt, habentem quod inuisibile sit. Nihil enim habens inuisibile, quomodo potest inuisibilis dici: sed ne esse quidem potest, nisi habes per quod sit. Cum autem sit, habeat necesse est aliquid, per quod est. Si habet aliquid per quod est, hoc erit corpus eius. ⁹⁸ Omne quod est, corpus est sui generis, nihil est incorporale, nisi quod non est. Habente igitur anima inuisibile corpus, qui visibile eam facere suscepit, utique dignius id eius visibile fecisset, quod inuisibile habebatur. Quia nec hic mendacium, aut infirmitas Deo competit; Mendacium, si aliud animam quam quod erat demonstrat; Infirmitas, si id quod erat demonstrare non valuit. Nemo ostendere volens hominem, ⁹⁹ cassidem aut personam ei inducit. Hoc autem factum est animae, ¹⁰⁰ si in carne conuersam, alienam induit superficiem. Sed etsi incorporealis anima deputetur, ut aliqua vibrationis occulta sit quidem anima, corpus tamen non sit, quicquid est anima: proinde impossibile Deo non erat, & proposito eius congruentius competeat, noua aliqua corporis specie eam demonstrare, quam ista communi omnium, ¹⁰¹ alterius iam notitia, ne sine causa visibilem ex inuisibili facere gestisset animam, istis scilicet quaestionibus opportunam, per carnem in illam humanam defensionem. Sed non poterat Christus inter homines, nisi homo videri. Redde igitur Christo fidem suam, ut qui homo voluerit incedere, animam quoque humanam conditionis ostenderit, non faciens eam carnem, sed induens eam carne. [¹⁰² Ostensa sit nunc anima per carnem, si constiterit illam ostendendam quoquo modo fuisse, id est, incognitam sibi & nobis. Quanquam in hoc vana distinctio est, quasi nos seorsum ab anima sumus, cum totum quod sumus, anima sit. Denique sine anima nihil sumus, ne hominis quidem, sed cadaveris nomen. Si ergo ignoramus animam, ipsa se ignorat. Itaque superest hoc solummodo inspicere, an se anima hinc ignorarit, ut nota quoquo modo fieret. Opinor sensualis est animae natura. Ad eod nihil animale sine sensu, nihil sensuale sine anima. ¹⁰³ Et ut impressius dixerim, ¹⁰⁴ animae anima sensus est. Igitur cum omnibus anima sentire praestet, & ipsa sentiat omnium etiam sensus, nedum qualitates, cui verisimile est, ut ipsa sensum sui ab initio sortita non sit? Vnde illi scire quod interdum sibi sit necessarium, ex naturali necessitate, si non scit suam qualitatem, cui quid necessarium est? Hoc quidem in omni anima recognoscere est, notitiam sui dico, sine qua notitia

CAP. XII.

sui nulla anima à se ministrare potuisset. Puto autem magis hominem, animal solum rationale, compotem & animam esse fortitum, quæ illum facit animal rationale, ipsa in primis rationalis. Porro quomodo rationalis quæ efficit hominem rationale animal, si ipsa rationem suam nescit, ignorans semetipsam? Sed adeò non ignorat, ut auctorem & arbitrum & statum suum norit. Nihil adhuc de Deo discens, Deum nominat. Nihil adhuc de iudicio eius admittens, Deo commendare se dicit. Nihil magis audiens, quam spem mortali esse post mortem, & benè & malè defuncto eaque imprecatur.¹⁰⁵ Plenius hæc profertur LIBELLVS QVEM SCRIPSIMVS DE TESTIMONIO ANIMÆ. Alioquin si anima semetipsam ignorans erat ab initio, nihil à Christo cognouisse debuerat, nisi quia esset. Nunc autem non effigiem suam didicit à Christo, sed salutem. Propterea filius Dei descendit, & animam subiit: non ut ipsa se anima cognosceret in Christo, sed ut Christum in semetipsa. Non enim se ignorando de salute periclitatur, sed Dei verbum. Vita, inquit, manifestata est, non anima. Et veni, inquit, animam saluam facere. Non dixit, ostendit.

Ioan. 1.
Luc. 9.

Ioan. 11.

CAP. XIII.

Ignorabamus nimirum animam, licet inuisibilem, nasci & mori, nisi corporaliter exhiberetur. Ignorauimus planè resurrectionem cum carne: hoc erit quod Christus manifestauerit. Sed & hoc non aliter in se, quàm in Lazaro aliquo, cuius caro non erat animalis, nec anima carnalis. Quid ergo amplius innotuit nobis, de animæ ignoratæ retrò dispositæ anima carnalis. Quid inuisibile eius fuit, quod visibilitatem per carnem desideraret? ¹⁰⁶ Caro facta anima, ut anima ostenderetur. Nunquid ergo & caro anima facta est, ut caro manifestaretur? Si caro anima est, iam non anima est, sed caro. Si anima caro est, iam non caro est, sed anima. Vbi ergo caro, & ubi anima est, alterutrum facta est. Immo si neutrum sunt, alterutrum alterum fiunt, certè peruersissimum, ut carnem nominantes, animam imitamus: & animam significantes, carnem interpretemur. Omnia periclitabuntur aliter quàm sunt, & amittere quod sunt, dum aliter accipiuntur, si aliter quàm sunt cognoscuntur. Fides nominum, salus est proprietatum. ¹⁰⁷ Etiam quum demutantur qualitates, accipiunt vocabulorum possessiones. Verbi gratia: Argilla excocta, testa vocabulum accipit. Nec communicat vocabulo pristini generis, quia nec cum ipso genere. Proinde anima Christi caro facta, non potest non id esse quod facta est, & id non esse quod aliud scilicet facta. Et quoniam proximum adhibuimus exemplum, plenius cognoscatur. Certè enim testa ex argilla vnum est corpus, vnumque vocabulum vnius scilicet cognoscitur. nec potest dici testa & argilla, quia quod fuit non est: quod autem non est, & non ad hæret. Ergo & anima caro facta vniformis, solidata: sed singularitatem nudis vocabulis æditas, id est animam animam, & carnem carnem: nunquam animam carnem aut carnem animam, quando ita nominari debuissent, si ita fuissent. Sed etiam si quæ substantiam diuise, pronunciata sub ipso, vtique pro duarum qualitatibus distinctis scorum animam, & scorum carnem. Quid ¹⁰⁸ anxia est, inquit, anima mea vtque mori? fuisse, vnum esset in Christo carnea anima, aut caro animalis. at quum diuidit species, carnem & animam, duo ostendit. Si duo, iam non vnum: si non vnum, iam nec anima nec carnalis, nec caro animalis. Vnum enim est anima caro, aut caro anima. Nisi & scorum animalis gestabat animam, præter eam quæ caro erat, & aliam circumferrebat carnem, præterquam quæ anima erat. Quod si vna caro, & vna anima, illa tristis vtique ad mortem, & illius pro mundi salute, saluus est numerus duarum substantiarum, in suo genere distantium, includens carneæ animæ vnicam speciem. ¹¹⁰ Sed angelum, aiunt, gestauit Christus. Quæ ratione? qua & hominem. Eadem ergo est & causa, vt hominem gestaret. Christus salus hominis fuit, causa scilicet ad restituendum quod perierat. Homo perierat: perierat hominem restitui oportuerat, vt angelum gestaret Christus, nihil tale de causa est. nam quum angelis perditio reputatur, ¹¹¹ in ignem præparatum diabolo & angelis eius, nunquam homini illis restitutio repromissa est. Nullum mandatum de salute angelorum suscepit Christus à patre. Quod pater neque repromisit, neque mandauit, Christus ad ministrandum hominis operaretur? ¹¹² Idoneus enim non erat Dei filius, qui solus hominem liberaret, & solo & singulari serpente deiectum. Ergo iam non vnus Deus, nec vnus ¹¹³ saluator, sed duo salutis artifices, & vtique alter altero indigens. An verò vt per angelum liberaretur hominem? cur ergo descendit ad id quod per angelum erit expediturus? Si per angelum, quid & ipse

Matth. 26.
Ioan. 6.

Ca. XIII.

Matth. 25.

A & ipse: Si per se, quid & angelus? ¹¹⁴ Dicitur est quidem magni consilij angelus, id est nuntius officij, non naturæ vocabulo. Magnum enim cogitatum patris, super hominis scilicet restitutione, annuntiaturus seculo erat. Non idè tamen sic angelus intelligendus, ¹¹⁵ vt aliqui Gabriel aut Michael. Nam & filius à Domino vineæ mittitur ad cultores, sicut & famulus, de fructibus petitur. Sed non propterea vnus ex famulis deputabitur filius, quia famulorum successit officio. Facilius ergo dicam si fortè ipsum filium angelum, id est nuntium patris, quàm angelum in filio. Sed quum de filio ipso sit pronuntiatum; ¹¹⁶ Minuisti eum modicum quid citra angelos, quomodo videbitur angelum induisse, sic infra angelos diminutus, dum homo fit, quàm caro & anima & filius hominis: quàm autem spiritus Dei & virtus altissimi, non potest infra angelos haberi, Deus scilicet & Dei filius. quanto ergo dum hominem gestat, minor angelis factus est, tanto nondum angelum gestat. ¹¹⁷ Poterit hæc opinio Hebioni conuenire, qui nudum hominem, & tantum ex semine Dauid natum, non item & Dei filium, constituit Iesum; ¹¹⁸ planè Prophetis aliquo gloriosorem, vt ita in nonnullis angelum fuisse dicatur, quemadmodum in aliquo Zacharia, nisi quod à Christo nunquam est dictum: ¹¹⁹ & ait mihi angelus qui in me loquebatur. Sed nec quotidianum illud omnium Prophetarum: Hæc dicit Dominus. Ipse enim erat Dominus coram, & sua auctoritate pronuntians: Ego autem dico vobis. Quid vltra? ad hæc Esaias exclamantem audi. ¹²⁰ Non angelus neque legatus, sed ipse Dominus saluos eos fecit. ¹²¹ Licuit & Valentino ex priuilegio hæretico carnem Christi spiritalem comminisci.

B Quiduis eam fingere potuit, quisquis humanam credere noluit. Quando quod ad omnes dictum est, si humana non fuit, nec ex homine, non video ex qua substantia se Christus hominem & filium hominis pronuntiarit. Nunc autem vultis occidere hominem, veritatem ad vos loquutum. Et, ¹²² Dominus est sabbati filius hominis. De ipso enim Esaias, ¹²³ Homo in plaga, & sciens ferre imbecillitatem. Et Hieremias, ¹²⁴ Et homo est, & quis cognosceret illum? Et Daniel, ¹²⁵ Et super nubes tanquam filius hominis. Etiam Paulus Apostolus, Mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus. Item Petrus in Actis Apostolorum, ¹²⁶ Iesum Nazarenum virum vobis à Deo destinatum, vtique hominem. Hæc sola sufficere vice præscriptionis debuerunt ad testimonium carnis humanæ & ex homine sumptæ, & non spiritualis, sicut nec animalis, nec fidereæ, nec imaginariæ, si sine studio & artificio contentionis hæreses esse potuissent. ¹²⁷ Nam vt penes quendam ex Valentini factione legi, primò non putant terrenam & humanam Christo substantiam informatam, ne deterior angelis Dominus deprehendatur, qui non terrenæ carnis extiterunt. Dehinc quòd oporteret similem nostri carnem similiter nasci, non de spiritu, nec de Deo, sed ex viri voluntate. Et cur non de corruptela, sed de incorruptela? Et quare non, sic vt & illa resurrexit, & in cælo resumpta est, ita & nostra par eius statim assumitur, aut cur illa par nostræ non æquè in terram dissoluta est? Talia & ethnici volubant. Ergo Dei filius in tantum humilitatis exhaustus, etsi resurrexit in exemplum spei nostræ, cur nihil tale de nobis probatum est? Meritò ethnici talia, sed meritò & hæretici. Numquid enim inter illos distat: nisi quòd ethnici non credendo credunt, at hæretici credendo non credunt. Legunt denique, Minorasti eum modico citra angelos, & negant inferiorem substantiã Christi, nec hominem se, sed vermem pronuntiantis, qui nec formam habuit, nec speciem, sed forma eius ignobilis, ¹²⁸ defecta citra omnes homines. Homo in plaga, & sciens ferre imbecillitatem. ¹²⁹ Agnoscunt hominem Deo mixtum, & negant hominem. Mortuum credunt, & quòd est mortuum, ex incorruptela natum esse contendunt, quasi corruptela aliud sit à morte. Sed & nostra caro statim resurgere debebat. Expecta, nondum inimicos suos Christus oppressit, vt cum amicis de inimicis triumphet. ¹³⁰ Insuper argumentandi libidine ex forma ingenij hæretici locum sibi fecit. ¹³¹ Alexander ille, quasi nos affirmemus idcirco Christum terreni census induisse carnem, vt euacuaret in semetipso carnem peccati. Quod etsi diceremus, quacunque ratione, muniremus sententiã nostram, dum ne tanta amentia qua putauit, tanquam ipsam carnem Christi opinemur, vt peccatricem, euacuatam in ipso, cum illam & ad dexteram patris in cælis præsidere meminimus, & venturam inde suggestu paternæ claritatis prædicemus. Adeò vt euacuatam non possumus dicere, ita nec peccatricem. Nec euacuatam in qua dolus non fuit. Defendimus autem, non carnem peccati euacuatam esse in Christo, sed peccatum carnis: non materiam, sed naturam: nec substantiam, sed culpam: secundum Apostoli auctoritatem dicentis: ¹³² Euacuauit peccatum in carne. Nam & alibi, In similitudinem, inquit,

Isai. 9.

Matth. 21.

Psal. 8.

Zach. 1.

Isai. 1.

Matth.

Isai. 63.

CAP. XV.

Ioan. 8.

Matth. 12.

Esai. 53.

Hier. 17.

Dan. 7.

1. Tim. 2.

Act. 2.

Psal. 8.

Psal. 21.

Isai. 53.

Psal. 109.

CAP. XVI.

Matth. 25.

Ibidem.

Rom. 8.

ILLAN
tionibus
II

carnis peccati fuisse Christum: non quòd similitudinem carnis acceperit, quasi imaginem corporis, & non veritatem, sed similitudinem peccatricis carnis vult intelligi. Quod ipsa non peccatrix caro Christi eius fuit par, cuius erat peccatum, genere, non vitio. Ad quòd hinc etiam confirmamus eam fuisse carnem in Christo, cuius natura est in homine peccatrix. Et sic in illa peccatum euacuatum, quod in Christo sine peccato habebatur, quia in homine sine peccato non habebatur. Nam neque ad propositum Christi faceret euacuantis peccatum carnis, non in ea carne euacuare illud, in qua erat natura peccati. Neque ad glorià: quid enim magnum, si in carne meliore & alterius, id est non peccatricis naturam, nequam peccati redemit? Ergo, inquis, si nostram induit, peccatrix fuit caro Christi. Non constringere explicabilem sensum: nostram enim induens, suam fecit: suam faciens, non peccatricem eam fecit. Ceterum quod ad omnes dictum sit, qui ideò non putant carnem nostram in Christo fuisse, quia non fuit ex viri semine, recordentur Adam ipsum in hac carnem, non ex semine viri factum. Sicut terra còuersa est in hanc carnem sine viri semine.

Gen. 2.

CAP. XVII

ita & Dei verbum potuit sine coagulo in eiusdem carnis transire materiam. ¹³¹ Sed et misso Alexandro cum suis syllogismis, quos in argumentationibus torquet, etiam ¹³² in psalmis Valentini, quos magna impudentia quasi idonei alicuius auctoris interserit, ¹³³ vnam iam lineam congressionem dirigamus: An carnem Christus ex virgine accepit, vt hoc præcipuè modo humanam eam constet, si ex humana matrice substantiam traxit. ¹³⁶ Quanquam liquit iam & de nomine hominis, & de statu qualitatis, & de sensu rationis, & de exitu passionis humanam còstitisse. Ante omnia autem còmendanda carnis quæ præfuit, vt Dei filius de virgine nasceretur. Nouè nasci debebat, nouè natiuitatis dicator. De qua signum daturus Dominus, ab Esaia prædicabatur: Quod est illud lignum?

Isai. 7.

Ecce virgo concipiet in utero, & pariet filium. Concepit igitur virgo & peperit manuelem, nobiscum Deum. Hæc est natiuitas noua, dum homo nascitur in Deo, non homine Deus natus est, carne antiqui seminis suscepta, sine semine antiquo, vt illam semine, id est spiritualiter reformaret, exclusis antiquitatis sordibus expiatam. Sed natiuitas ista, sicut & in omnibus, de veteri figurata est, rationali per virginem dispositione mine Domino nascente. Virgo erat adhuc terra, nondum opere compressa, natiuitatis fementi subacta: ex ea hominem factum accepimus à Deo in animã viuam. Igitur homo

Gen. 2.

I. Cor. 15.

Adam de terra traditur, meritò sequens, vel nouissimus Adam, vt Apostolus dixit, ¹³⁷ de terra, id est carne nondum generationi resignata in spiritum viuificatam à Deo creatus. ¹³⁸ Et tamen nã mihi vacet in cursus in Christum (Adam ab Apostolo dicitur terreni non fuit census homo eius. Sed & hic ratio defendit, quòd Deus ¹³⁹ imaginem similitudinem suam à diabolo captam æmula operatione recuperauit. In virginem enim adhuc Euam irrepserat verbum ædificatorium mortis. In virginem æquè introducentem erat Dei verbum extructorium vitæ, vt quod per eiusmodi sexum abierat in perditionem, per eundem sexum redigeretur in salutem. Crediderat Eua serpenti, credidit Manuëli: quod illa credendo deliquit, hæc credendo deleuit. Sed Eua nihil tunc concepit, vtro ex diaboli verbo. ¹⁴⁰ Immo concepit. Nam exinde vt abiecta pareret, & in dolentem pareret, verbum diaboli semen illi fuit. Enixa est denique diabolum fratricidam. Carnem Maria eum ædidit, qui carnalem fratrem Israël interemptorem suum saluum quandoque præstaret. In vuluam ergo Deus verbum suum detulit, bonum fratrem, vt memoriam fratris eraderet. Inde proeundum fuit Christo, ad salutem hominis, quòd homo iam natus intrauerat. ¹⁴¹ Nunc vt simplicius respondeamus, non competebat ex semine humano Dei filium nasci, ne si totus esset filius hominis, non esset & Dei filius, ¹⁴² nisi haberet amplius Salomone, & amplius Iona, & de Hebionis opinione credendus erat. Iam Dei filius ex patris Dei semine, id est spiritu, vt esset hominis filius, caro ei sola erat hominis carne sumenda, sine viri semine. Vacabat enim viri semen, apud habentem Dei semen. Itaque sicut nondum natus ex virgine, patrem Deum habere potuit sine homine matre: æquè cum de virgine nasceretur, potuit matrem habere hominem sine homine patre. Sic denique homo cum Deo, dum caro hominis cum spiritu Dei. Caro sine semine, ex homine: spiritus cum semine, ex Deo. Igitur si fuit dispositio rationis super filium Dei ex virgine proferendum, cur non ex virgine acceperit corpus, quod de virgine protulit? Quia aliud est quod à Deo sumpsit: quoniam, inquit, verbum caro factum est. Vox ista quid caro factum sit contestatur: nec tamen periclitatur, quasi statim aliud sit factum caro, & non verbum. Si ex carne factum est verbum caro, ¹⁴³ aut si ex semine ipso factum est, scriptura dicit

Gen. 3.

Luc. 1.

Gen. 3.

CA. XVIII.

Ioan. 1.

est quod à Deo sumpsit: quoniam, inquit, verbum caro factum est. Vox ista quid caro factum sit contestatur: nec tamen periclitatur, quasi statim aliud sit factum caro, & non verbum. Si ex carne factum est verbum caro, ¹⁴³ aut si ex semine ipso factum est, scriptura dicit

TERTULIANI
Cum Annotat
PAMELLI
A. V.
16.

A dicat. Quum scriptura non dicat nisi quod sit factum, non & unde sit factum: ergo ex alio, non ex semine ipso suggerit factum. Si non ex semine ipso, sed ex alio, iam hinc tracta, ex quo magis credere congruat, carnem factum verbum, nisi ex carne, in qua & factum est: vel quia ipse Dominus sententialiter & definitiue pronuntiauit: ^{Ioan. 3.} Quod in carne natum est, caro est: quia ex carne natum est. Sed si de homine tantummodo dixit, non & de semetipso: plane nega hominem Christum, & ita defende non & in ipsum competisse. Atquin subiicit: Et quod de spiritu natum est, spiritus est. Quia Deus spiritus est, & de Deo ^{Ioan. 4.} natus est. Hoc vtique vel eo magis in ipsum tendit, si & in credentes eius. Si ergo & hoc ad ipsum, cur non & illud supra: neque enim diuidere potes hoc ad ipsum, illud supra ad ceteros homines, qui vtramque substantiam Christi, & carnis & spiritus non negas. Ceterum si tam carnem habuit quam spiritum, cum de duarum substantiarum conditione pronuntiat, quas & ipse gestat, non potest videri de spiritu quidem suo, de carne vero non sua determinasse. Ita cum ipse sit de spiritu Dei, & spiritus Deus est, ex Deo natus ipse est, & ex carne hominis, homo in carne generatus. [¹⁴¹ Quid est ergo: Non ex sanguine, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo natus est? Hoc quidem capitulo ^{Ioan. 1.} ego potius vtar, quum ¹⁴⁶ adulteratores eius ¹⁴⁷ obduxero. Sic enim scriptum esse contendunt: Non ex sanguine, nec ex carnis voluntate, nec ex viri, sed ex Deo natus est. Quasi supra dictos credentes in nomine eius designet, ¹⁴⁸ vt ostendat esse semen illud arcanum B electorum, & spiritualium, quod sibi imbuunt. Quomodo autem ita erit, quum omnes ¹⁴⁹ qui credunt in nomine Domini, communi lege generis humani ex sanguine, & ex carnis, & ex viri voluntate nascantur: etiam Valentinus ipse: Adeo singulariter, ¹⁵⁰ vt de Domino scriptum est: Et ex Deo natus est. Merito, quia verbum Dei, & cum verbo Dei spiritus, & in spiritu Dei virtus, & quicquid Dei est Christus. Quia carnis autem, non ex sanguine, nec ex carnis & viri voluntate: quia ex Dei voluntate verbum caro factum est. Ad carnem enim, non ad verbum pertinet negatio formalis nostrae, natiuitatis, quia caro sic habebat nasci, non verbum. Negans autem ex carnis quoque voluntate natum, cur non negauit etiam ex substantia carnis: neque enim quia ex sanguine negauit, substantiam carnis renuit, sed materiam seminis, quam constat sanguinis esse calorem: vt despumatione mutatum in coagulum sanguinis foeminae. Nam ex coagulo in caseo vis est substantiae, quam medicando constringit, id est lactis. Intelligimus ergo ex concubitu natiuitatem Domini negatam, quod sapit voluntas viri, & carnis, non ex vuluae participatione. Et quid vtique tam exaggeranter inculcauit, non ex sanguine, nec ex carnis voluntate, aut viri natum: nisi quia ea erat caro, quam ex concubitu natam nemo dubitare? Negans porro ex concubitu, non negauit ex carne, immo confirmauit ex carne: quia non proinde negauit ex carne, sicut ex concubitu negauit. ¹⁵¹ Oro vos, si Dei filius non de vulua carnem participaturus descendit in vuluam, cur descendit in vuluam? potuit enim extra eam fieri caro spiritalis C simplicius multo quam intra vuluam fieret. Sine causa eò se intulit, unde nihil extulit. Sed non sine causa descendit in vuluam, ergo ex illa accepit. Quia si non ex illa accepit, sine causa in illam descendit, maxime eius qualitatis caro futurus, quae non erat vuluae, id est spiritalis. [¹⁵² Qualis est autem tortuositas vestra, vt ipsam Ex syllaba Praepositionis officio adscriptam auferre quaratis: & alia magis vtique in hac specie non inuenitur, penes scripturas sanctas. Per virginem dicitis natum, non ex virgine: & in vulua, non ex vulua. quia & angelus in somnis ad Ioseph: Nam quod in ea natum est, inquit, de spiritu sancto est. non ^{Matth. 1.} dixit ex ea. Nempe tamen, et si ex ea dixisset, in ea dixerat: In ea enim erat quod ex ea erat. tantum de ergo & cum dicit, in ea, & ex ea, consonat: quia ex ea erat, quod in ea erat. Sed bene, quod idem dicit Mattheus, originem Domini decurrere ab Abraham vsque ad Mariam: Iacob, inquit, genuit Ioseph, virum Mariae, ex qua nascitur Christus. Sed & Paulus Grammaticis istis silentium imponit. Misit, inquit, Deus filium suum factum ex muliere. Nunquid per mulierem, aut in mulierem? Hoc quidem impressius, quod factum potius dicit, quam natum: simplicius enim enuntiaffet natum. Factum autem dicendo, & verbum caro factum est, consignauit, & carnis veritatem ex virgine factam adseruauit. Nobis quoque ad hanc speciem Psalmi patrocinauntur, non quidem apostatae & haeretici, & ¹⁵³ Platonici Valentini, sed sanctissimi & receptissimi Prophetarum. Dauid ille apud nos canit Christum, per quem se cecinit ipse Christus. Accipe Christum, & audi Dominum patri Deo colloquentem: ¹⁵⁴ Quia tu es qui auulsisti me ex utero matris meae, ecce vnum. ^{Mal. 2.} Et spes mea ab vberibus matris meae, super te sum proiectus ex vulua. ecce aliud.

ILLIAN
di omnibus
II.

A carne est, dum ex semine est Dauid. Quocirque detorseris dictum, aut ex carne est Maria, quod ex semine est Dauid: aut ex Dauid semine est, quod ex carne est Maria. Totam hanc controuersiam dirimit idem Apostolus, ipsum definiens esse Abraham semen. Cum Abraham, utique multo magis Dauid, quasi recentioris. Retexēs enim promissionem benedictionis nationum in nomine Abraham, ¹⁶⁹ Et in semine tuo benedicentur omnes nationes: non, inquit, dixit feminibus tanquā de pluribus, sed semini, tanquam de vno; quod est Christus. Qui hæc legimus & credimus, quā debemus & possumus agnoscere in Christo carnis qualitatem: utique non aliam quā Abraham, si quidem semen Abraham Christus: nec aliam quā Iesse, siquidem ex radice Iesse flos Christus. Nec aliam quā Dauid, siquidem fructus ex lumbis Dauid Christus. Nec aliam quā ex Maria, siquidē ex Maria utero Christus. Et adhuc superius: nec aliam quā Adam, siquidē secundus Adam Christus. Consequens ergo est, ut aut illos spiritalem carnem habuisse contendat, quo eadem conditio substantiæ deducatur in Christo: aut concedat carnem Christi spiritalem non fuisse, quā non de spiritali stirpe censetur. [¹⁷⁰ Sed agnoscimus adimpleri Propheticam vocem Simeonis, super adhuc recētem infantem Dominum pronuntiatam: Ecce hic positus est in ruinam & suscitationem multorum in Israël, ¹⁷¹ & in signum cui contradicetur. Signum enim natiuitatis Christi, secundum Esaïam, ¹⁷² Propterea dabit vobis Dominus ipse signum, Ecce virgo concipiet in vtero, & pariet filium. Agnoscimus ergo signum contradicibile, conceptum & partū virginis Maria: de quo ¹⁷³ A cadēnici isti, Peperit, & non peperit: Virgo, & non virgo: quasi non est ita dicendum esset, à nobis magis dici conueniret. Peperit enim, quæ ex sua carne, & non peperit, quæ non ex viri semine. Eo virgo quantum à viro, ¹⁷⁴ non virgo quantum à partu. Non tamen ut idē non peperit: & idē virgo, quæ non virgo, quia non de visceribus suis mater. Sed apud nos nihil dubium, nec retortum in ancipitem defensionem: Lux, lux: & tenebræ, tenebræ. & est, est: & non, non. Quod amplius, hoc à malo est. Peperit, quæ peperit. Et si virgo concepit, in partu suo nupit, ipsa patefacti corporis lege: in quo nihil interfuit de vi masculi admitti, an emitti, id est, illud sexus resignauit. Hæc denique vulua est, propter quā & de aliis scriptum est: ¹⁷⁵ Omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum vocabitur Domino. Quis verē factus, quā Dei filius? Quis propriē vuluam adaperuit, quā qui clausam patefecit? Ceterum omnibus nuptiæ patefaciunt. Itaque magis patefacta est, quia magis erat clausa. Vtique magis non virgo dicenda est quā virgo, saltu quodam mater antequā nupta. Et quid ultra de hoc retractandum est: cum hac ratione Apostolus non ex virgine, sed ex muliere æditum filium Dei pronuntiauit, agnouit adaperitæ vuluæ nuptialem passionem. ¹⁷⁶ Legimus quidem apud Ezechielem de vacca illa quæ peperit, & nō peperit. Sed videte ne vos iam tunc providens spiritus sanctus notarit hac voce, disceptaturos super vterum Maria. Ceterum non contra illam suam simplicitatem pronuntiasset dubitatiuē, Esaïa dicente, Concipiet & pariet. [¹⁷⁷ Quod enim Esaïas iaculatur in suggillatione hæreticorum ipsorum, & in primis, ¹⁷⁸ Væ qui faciunt dulce amarum, & tenebras lucem: istos scilicet notat, qui nec vocabula ista in luce proprietatum suarū conseruant: ut anima non alia sit, quā quæ vocatur, & caro non alia sit quā videtur, & Deus non alius, quā qui prædicatur. Idē etiam Marcionem prospiciens, ¹⁷⁹ Ego sum, inquit, Deus: & alius absque me non est. Et cum aliās id ipsum eodem modo dicit: ¹⁸⁰ Ante me Deus non fuit, nescio quas illas Valentianorum Æonum genealogias pulsat. Et, Non ex sanguine, neque ex carnis & viri voluntate, sed ex Deo natus est, Hebioni respondit. Æquē: Etiam si angelus de cælo aliter euangelizauerit vobis quā nos, anathema sit: ad energema Apelliæ virginis Philomenes filium dirigit. certē ¹⁸¹ qui negat Christum in carne venisse, hic Antichristus est: Nudam & absolutam & simplici nomine naturæ suæ pronuntians carnem, omnes disceptatores eius ferit: ¹⁸² Sicut & definiens ipsum quoque Christum vnum, multiformis Christi argumentatores quatit, qui alium faciunt Christum, alium Iesum; alium, elapsū de medijs turbis, alium detentum: alium in secessu montis, in ambitu nubis sub tribus arbitris clarum, ¹⁸³ alium ceteris passuum, ignobilem; alium magnanimum, alium verō trepidantem: nouissimē alium passum, alium resuscitatum: ¹⁸⁴ per quod suam quoque in alia carne resurrectionem adseuerant. ¹⁸⁵ Sed bene quod idem venit de cælis, qui est passus: idem omnibus apparebit, qui est resuscitatus. ¹⁸⁶ Et videbunt & agnoscent, qui cum confixerunt: utique ipsam carnem in quam sauerunt: sine qua, nec ipse esse poterit nec agnosci. Vt & illi erubescant, ¹⁸⁷ qui adfirmant carnē in cælis vacuā sensu,

ILLAN,
ti onibus
II.

CA. XXV. vt vaginam exempto Christo sedere: aut qui carnem & animam tantundem, aut tantummodo animam, carnem verò non iam. ¹⁸⁸ Sed hætenus de materia præfenti fati. Iam enim arbitror instructam esse carnis in Christo, & ex virgine nata: & humanæ probationem. Quod & solum discussum sufficere potuisset citra singularum ex diuerso opinionum congressionem, quam & argumentationibus earum, & scripturis quibus vtuntur procauimus ex abundanti, vti eo quod probauimus quid, & vnde fuerit Christi caro, quod non fuerit aduersus omnes præiudicauerimus. ¹⁸⁹ Vt autem clausulam de præfatione communi faciat RESURRECTIO CARNIS NOSTRÆ ALIO LIBELLO DEFENDENDA, hic habebit præstructionem; ¹⁹⁰ manifesto iam, quale fuerit quòd in Christo resurrexit.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN
LIBRVM DE CARNE CHRISTI.

I. ADVERSVS QVATVOR HÆRESES.]

Istud adiecimus ex libro sequenti de Resurrectione carnis, ubi verbis sub finem Argumenti citatis, iste titulus reperitur. Maxime quum in 1. cap. (de quibus n. 7. 8. 9. & 10. latinis) quatuor hæreses de carne Christi recensentur ab Auctore; nempe Marcionis, Apellis, Valentini, & eius qui carnem Christi putauam introduxit, vt potè, Saturnini.

CAP. I.

2. Qui fidem resurrectionis, &c.] Primum hoc caput inscribitur a nobis: De libri huius scribendi occasione.

3. ante istos Sadducæorum propinquos.] Sadducæi (inquit Rhenanus suis in hunc librum Adnotationibus) qui iusti interpretantur, Auctore D. Hieronymo in Mattheum, nec angelum, nec spiritum, nec resurrectionem corporum consentientes, etiam animarum interitum prædicabant; recipiebantque tantum quinque libros Moysis, vaticiniis prophetarum reiectis à Pharisæis dissentientes, quæ duæ erant in Iudæis hæreses. Itaque Sadducæorum propinquos, hoc est cognatos, esse dicit hæreticos resurrectione carnis pernegantes, velut qui hunc errorem ab illis sumpserint. Sadducæorum ipse Tertull. meminit l. de Præscript. adu. Iher. Paulus (inquit) in 1. ad Cor. epistola notat negatores & dubitatores resurrectionis. Hæc opinio prima Sadducæorum, partem eius vsurpat Marcio, & Apelles, & Valentinus, & si qui alij resurrectionem carnis infringunt. Vide etiam Adnot. nostras in dicti l. c. 33. n. 192. & in c. 45. n. 297.

4. moratam.] Moratam (inquit idem) fidem vocat stabilem ac firmam, atque inconcussam. Sic lib. de Patientia. c. 15. In nobis morabitur semper, hoc est, stabilis consistet. vide ibi etiam Adn. nostras num. 105.

5. quæ in Christum resurrexit.] Accusatiuum (inquit idem) in hoc genus locutionibus, sæpè pro Ablatiuo ponit, & hunc rursus pro Accusatiuo. Et in celo resumpta est. Et l. de Patientia. c. 7. ipse ferrum in corpore suo ducit. Et alibi: in carcere introiit.

6. & qualitas eius retractatur.] Retractare, pro tractare, præterquam alibi, etiam hoc libro nõ semel vsurpat Auctor. Sic infra cap. 2. Post quas nunc ex abundantanti retractamus; & cap. 11. Denique adhuc prius retractemus. Item cap. 23. Et quid vltra de hoc retractandum est?

7. Renuntiatio.] Renuntiantur (inquit Rhenan.) Magistratus, quum eliguntur; renuntiatur amicitia, quæ dissoluitur. Hic renuntiatio, demonstratio est & definitio. Sic in lib. de Resurr. carnis, cap. 18. Vt exinde à ca-

dendo cadauer renuntietur, id est, demanuetur.

8. Marcion vt carnem Christi negaret, etiam natiuitatem, &c.] Adtribuit etiam Marcionem Marcionis magistro Auctor supra lib. Præscript. aduers. heret. cap. 51. her. 17. num. 322. & Marcioni infra lib. 3. adu. Marcionem. Est autem hæc hæresis, aduersus quam disputat infra cap. 2. & 4. 5. Atqui legitur ex MS. Vatic. 2. addita Conuentione redderent & responderent. Atque ad hæc figura Synthetico, quam hic adnotat Rhenanus.

9. aut admissa carne natiuitatem negat.] Est hæc secunda hæresis, aduersus quam scribitur in libro conuersus; nominatim autem contra Apelletum Apelletianos agit infra cap. 6. 7. 8. & 9. Quæ eadem impingit Auctor dicti l. de Præscript. adu. 19. num. 324.

10. aliter illas interpretari, vt conditione condescerent eius Valentini.] En tertiam, vt agit hæresis, Valentini nempe; contra quam disputat infra cap. 15. 16. 17. & sequentibus; meminit etiam Auctor lib. supradicto cap. 49. hæresis 12. num. 325. condiscipulum & condescerentem Apellum Valentini vocat Auctor, quod Marcionis discipulum vocat Auct. Apelles, & quod eodem tempore eius discipulus & Ecclesie catholice condescerentem patet eiusdem l. cap. 30. num. 167.

11. Sed & qui carnem Christi putauam introduxit, &c.] Quartam denique hic adtingit hæresim, quæ introducta fuit à Saturnino, sicut patet ex sequenti l. 46. her. 3. n. 303. quam interim etiam scribitur in libro Basilide, cuiusque sectatores eius sic uti videre est her. 4. n. 304. Aduersus hæc ex præfatione non disputat Auctor, sed adtingit cap. 3. & 4. & impugnat infra aduersus Marc. l. 3. quippe quæ eam hæresim secutus sit.

12. prægnatus & partus.] Prægnatus (inquit Rhenanus) sub forma quartæ inflexionis vsurpatur prægnatione, gaudens huius terminationis vocalibus, vt docuimus, & adhuc docuimus. Simili locum est infra mo 1. l. adu. Iudæos, cap. 9. num. 101.

13. τὸ δοκεῖν.] Synecdochica (inquit idem) hæresis, subauditur præpositio τὸ τὸ δοκεῖν, hoc est, fuisse dum existimationem, vt videlicet ita videretur, quæ ipsa non esset.

CAP. II.

14. Planè natiuitas à Gabriele adnuntiat.] Capiti 2. titulum dedimus: Aduersus Marcionem natiuitatis Christi ex traditione comprobata. Sic

Deo autem creatore, infra latius l. 1. adu. eundem.
15. Aufer hinc, inquit, &c.] Verba hæc ex persona Marcionis effertur, rectè adnotauit Rhenanus (que finitur ibi: his opinor, &c.) Nam ille ex Euangelio Luca, quod solum agnoscebat, caput illa prima, quibus hæc conueniunt, respiciendebat uti mox num. 18. & infra lib. 4. adu. Marc. dicemus alicubi latius. Omnia autem hæc Ironici dicta sunt.

16. Viderit angelica multitudo, &c.] Festine (inquit Rhen.) dictum etiã hoc per Ironiam, quod nocturnus tempus aptum sit ad fallendum, quos angeli decipi prouent. Comemorata Luca res est in initio historie sue Euangelice, alioqui legi quoque poterat: uocibus honorans. Sed respicit ad illud Euangelicum: $\alpha\gamma\gamma\epsilon\lambda\omicron\iota\sigma\tau\omicron\varsigma\ \phi\omega\lambda\omicron\delta\omicron\varsigma\ \sigma\omicron\upsilon\tau\omicron\varsigma\ \phi\omega\lambda\alpha\chi\epsilon\iota\varsigma\ \tau\eta\varsigma\ \nu\omicron\upsilon\tau\omicron\varsigma\ \theta\epsilon\omicron\iota\ \tau\eta\varsigma\ \pi\acute{\omicron}\beta\omicron\iota\mu\epsilon\lambda\omega\ \kappa\upsilon\tau\eta\varsigma$. Sic & paulo post loquitur. cap. 3. Viderint homines si natum putabant, quia hominem uidebant; & in l. de Patientia cap. 1. Sed uiderint illi, quos mox sapientie sue cum seculo destructæ ac dedecorate pudebit. Rursum in fine eiusdem opusculi: Sed uiderint suã sui prædes. Similes phrasæ etiam apud. 8. Cyprian. per me adnotate sunt ad epist. 2. num. 53. ad epist. 34. num. 18. ad epist. 63. n. 5. 4. & in Tertulliani alicubi. Haud aliter etiam dixit infra cap. 4. Sed uideris si tibi displices.

17. Melior sit & Herodes, ne Hieremias gloriatur.] Et si dicat: Non interfecit Herodes paruulos in Bethleem, ne Hieremias de sua Prophetia, que citatur etiam Matth. 2. gloriatur tanquam iam completa. Est autem etiam illud Ironici dictum: ne fascinet puerum, non fascinare, ad incantamenti genus spectare supra alicubi diximus.

18. His opinor consiliis tot originalia instrumenta Christi delere Marcion ausus est.] Similes sunt loci infra, non solum de his Euangelij Luca capitibus, sed & aliis, infra cap. sequi. Si scripturas opinioni tue resistentes, non de industria alias reuicisses, alias corruptiffes, confudisset te hinc Euangelium Ioannis, & c. 4. Sed circumspecte Marcion, si tamen nõ delecti: Stulta mundi, &c. & c. 5. Aufer hæc quoque Marcion, item c. 22. Deleant igitur, & testimonia demonum, filium Dauid proclamantia Iesum. De aliis similiter hæreticis cap. 7. Licet propterea abstulerint hæreses ista de Euangelio, &c. Addere uero etiam solere, ibidem docet, quæ dicit: Non recipio quod extra scripturam de tuo inferes. Et uero etiam adulterare, c. 19. his uerbis: Hoc quidem capitulo ego potius utar, quam adulteratores eius obduxerit. Sic enim scriptum esse contendunt, &c. Atque adeo rectè dixit supra l. de Prescript. adu. hæc. c. 17. Ita hæresis non recipit quasdam scripturas, &c. ubi de hoc latius, num. 105. & in cap. 22. num. 136.

19. Ex qua, orote, auctoritate, &c.] Rectè infra subiungit: Sed plenus eiusmodi præscriptionibus aduersus omnes hæreses, alibi iam vsi sumus; adducens nempe ad eius tituli librum mox citatum, præsertim cap. 20. 21. 13. 32. 35. & 36.

20. si tantummodo Christianus es, crede quod tradidit est.] Pulcher locus contra eos, qui quæ neque Apostolici, perpetuo tamen de fide ex scriptura disputant; quum sufficere eis debeat traditio, de qua latissime tractauimus supra Tom. 2. lib. de Corona milit. c. 3. num. 27. Et qui tantummodo, pro tantum, legimus ex tribus Vatic. MS. cod.

21. non es Christianus, qui quum fuisses, excidisti, &c.] Adnotandum etiam hic locus, contra eos qui

hæreticos Christianos dicere non uerentur; quum eo nomine nolit Auctor appellari, qui resciderunt quod terro crediderant, & (ut infra de eodem Marcione loquitur) ab Ecclesia & fide recesserunt. Quod perinet etiam illud infra cap. 15. hæretici credendo non credunt. Et qui de hoc Marcionis à fide & Ecclesia recessit, uide supra l. de Prescript. aduers. hæret. cap. 30. num. 166. & 167.

22. sicuti & ipse confiteris in quadã Epistola.] De Epistolis, aliisque scriptis Marcionis, infra latius l. 1. aduers. Marcion. num. 1. Legimus autem ex MS. 3. Vatic. cod. Atquin, pro: Atqui; nam præterquam quod illa uox sit Tertullianica, etiam infra legitur in excus. cod. cap. 18. Atquin subiicit.

CAP. III.

23. Necessè est quatenus hoc putas, &c.] Titulum huic capiti adposuimus: Aduersus eundem, quod neque impossibilis neque incoueniens Deo. Atqui paulo post ubi legitur: Planè inter est illud, ut falsum non patiat, quod uerè non est, uideretur conuenientior lectio unus Vatic. MS. cod. non poterit; uerum quod reliqui duo illud legant, nihil immutauit, maxime quum uidear mihi alicubi similem phrasin legisse in Tertulliano. Omnino autem legimus cum 3. illis & Hieronimo: Viderint homines, pro: Viderunt.

24. Quid tanti fuit, edoce, ut consciens Christus quid esset, &c.] Stud iterum lego ex Adnotationibus Rhenani, pro eo quod substituitur erat: quum sciens; nam sensus id exposcit ut sit consciens (inquit ille) uersum Latine, quod Graecis est $\sigma\upsilon\upsilon\epsilon\iota\delta\omicron\varsigma$. Dicebat autem Marcion suffecisse Christo conscientiam suam.

25. Planè natura conuertibilem, &c.] Locus adnotari dignus pro transsubstantiatione panis Eucharistiae in corpus Domini; quod ad eam comprobendam, sufficere testimonia Patrum varia, qui conuerti dicunt panem in corpus Domini, etiam si non uerantur transsubstantiationis uoce; quia: natura (inquit Auctor) conuertibilem est ea leges, ne permancant in eo quod conuertitur in eis. Cuius similes loci reperiuntur etiam supra lib. adu. Heremog. c. 34. sed mutari, perire est pristino statui, quæ dum mutantur, amittunt; & etiam infra cap. 13. ubi ex similitudine testis ex argilla facta, quæ non est amplius argilla, docet quum demutatur qualitates, etiam mutari uocabulorũ possessiones. Denique lib. aduers. Praxean: Transfiguratio (inquit) interemptio est prioris, Omne autem quod transfiguratur in aliud, definit esse quod fuerat, & incipit esse quod non erat.

26. Deo par.] Præter locos Tertulliani, quibus par cum Genituo constructur supra l. de Patientia, Tomo 1. c. 16. n. 109. adnotandi ueniunt, qui frequentes sunt in hac libro. Ita paulo post legitur: par erit eorum, & quorum, & c. par non est; ac cap. 8. par erit eius substantia, cap. 15. par eius, ac: par nostræ; denique cap. 16. eius fuit par.

27. Angelos creatoris conuersos in effigie humanã, &c.] Idem latius tractatur infra ab Auctore c. 6. & l. 3. adu. Marc. quo Lectorem remittimus; hic dicitur addit tertium testimonium Gen. 32. quod colluctatus sit homini (nempe Iacob) Angelus.

28. Spiritum columbæ corpore lapsum descendisse super Dominum, &c.] Sic ex Vatic. 3. MS. cod. pro: descendisse; nam Ioan. 1. illud legitur & Græcè & Latine. Admiranda est autem illa lectio Auctoris hoc loco: columbæ corpore; quum non

modo exemplaria omnia tam Græca ac Syriaca legant: quasi columbam, & Ioan. 1. & Matth. ac Luc. 3. sed ipse etiam Auctor supra l. de Baptis. c. 8. columbæ figura; atque adeo putarim, etiam sic legendum hoc loco, sed nihil immutare volui, tum quod conformiter ita legat Vatic. MS. 3. cod. tum quod illam lectionem explicare videatur verbis illis: Sed queris corpus columbæ, & c.

29. tam verè erat & columba, quàm & spiritus, &c.] Consentis in hac huius loci expositione Tertulliano, Auctor lib. de Agone Christiano inter opera B. Augustini, c. 22. sed ipse Augustinus Epistola 102. ad Eudium, c. 1. 2. de Trinitate, c. 5. contrà sentit: columbam illam non veram fuisse creaturam, sed speciem creature; cui consentiunt etiam B. Ambros. lib. 1. de Sacrament. c. 5. Chrysost. hom. 12. in Matth. & Procop. in c. 18. Gen. id colligentes ex verbis illis: quasi columba, & in specie columbæ. Atqui legimus ex 3. Vatic. MS. cod. adsumpta substantia extranea, pro: contraria; neque enim esse columba contrariam substantiam spiritus sancto, sed convenientem, Auctor loco citato lib. de Baptis. his verbis indicat: ut natura spiritus sancti declararetur, per animal simpliciteris & innocentie.

CAP. IIII.

30. Igitur si neque ut impossibilem, &c.] Inscripturam damus huic capiti: Aduersus eundem, quod neque indigna fuerit Deo, neque stulta, Christi corporatio. Cui similis est planè locus infra lib. 4. adu. Marc. Quomodo verò hic corporatiōnem Auctoris sic infra c. 6. corporatorum dixit, idque ut magis explicaret veram corporis adsumptionem.

31. perora age iam spurcitas, &c.] Marcionem iterum adloquitur. Perorare autem (inquit Rhenanus) etiam cum Accusatio constructa lib. de Resurr. carn. Ultimæque dispersionis exitum perorant. Cui præpositione in, l. adu. Marc. 2. Hec dignissimè peroraturus in creationem; c. 13. Age iam perora in illa sanctissima & reuerenda opera naturæ. Inuêhere in totum quod es; ubi totus hic locus reperitur.

32. anxium, nexum.] Nexum dicit (inquit idem) propter colligantiam nerui umbilicaris cum matrice. Exponunt enim quod hic significat, verba quæ infra leguntur huiusmodi c. 20. Quid auellitur (inquit) nisi quod inhaeret, quod infixum, innexum est ei, à quo ut auferatur, auellitur? si non adhæsit vtero, quomodo auullus est? si adhæsit qui auullus est; quomodo adhæsisset, nisi dum ex vtero est per illum neruum umbilicarium quasi folliculi sui traducem adnexâ origini vuluæ? Rursum lib. 4. adu. Marc. Et primò (inquit) retina oculi sui vulnere nec multû ablutus. Pertinet interim istud ad paradoxo Auctoris, quod Christus natus sit aperto vtero virginis; de quo latius inter Prolegomena.

33. totum incertum libidinis fastidii & gulæ.] Libidines etiam alibi accipi ab Auctore pro appetitibus & inclinationibus, adnotauimus supra l. adu. Hermog. cap. 36. num. 128.

34. cum suis impedimentis.] Inuolucra illa (inquit Rhenanus) scetus significat. Mox autem prorsus cum Latino legendum: quod panis dirigitur, quod vinctionibus formatur, pro: vinctionibus.

35. Hanc venerationem, ô Marcio, naturæ, &c.] Scripsimus (inquit Rhenan.) venerationem, pro: venerationem, consentientibus exemplaribus antiquis. Intelligit venerationem quæ natura debetur. Sensus est,

Quod venerari debueras, tu desisti. Sic lib. 3. adu. Marcionem: Sanctissima (inquit) & reuerenda opera naturæ. Latinius quidem ex contextu legitur. Hanc ne rationem, quæ fortassis melius conuenit cum proposito materia; verum nolui immutare, quod Rhenani lectioni consentiant Vatic. 3. MS. cod. Marcionem videatur ex proposito venerationem naturæ vocare, quam heretici contumeliam vocabant; contra quod ipse penè verbis B. Hieron. haud dubie hanc locum interpretatus, lib. adu. Heluid. Iunge, si libet, & alia naturæ contumelias, nunc mensibus veterum insistentem, infidia, parium, sanguinem, pannos. Ipse triu deus infans, tegmine membranarum solito consuetus.

36. quem magno pretio redemit.] Adhuc pretio, ex eisdem Vatic. 3. cod. MS. conformiter scriptum quem citat 1. Cor. 6. qui habet: Empti, seu redempti (vri legit Auctor) est pretio magno; maxime enim ubique legat B. Cyrilian. Vix Græca vix præcipue redimere & emere significat. Quanquam autem magis Græcè non legatur hodie, quum etiam B. Augustinus legitur Epist. 66. videntur perique Latini idem sensisse.

37. Si Christus creator eius est, &c.] Adhuc hic, tum capis. precedentibus & sequenti, ad errorem Marcionis de duplixi Deo, altero creatore, aliâque altero Deo suo; quem late confutat l. 1. adu. Marc. Auctor.

38. Natiuitate reformata regeneratione resti.] Agit de Natiuitate Christi ita reformata, ut non expers fuerit. Miraculorum autem, de quibus lib. 1. in Matth. 11.

39. Stulta mundi elegit Deus, ut confunderent sapientiam.] Quum supra lib. de Baptis. c. 1. adnotauerimus veram hanc esse lectionem Tertulliani, tuimus sapientiam, pro eo quod erat: sapientiam, quæ equatur, quæ Deus in emulacione sapientie (non: sapientum, sed) sapientie secularis, quæ apud illam.

40. Iupiter Taurus factus aut Cygnus, & Ioue (inquit Rhenanus) in Taurum mutat, & Cygnus habes apud Ouidium Metamorph. l. 2. in Cygnis.

CAP. V.

41. Sunt planè & alia tam stulta, &c.] Adhuc damus huic capiti: Aduersus eundem & alios, quod non phantasma, sed veræ fuerint Christi Natiuitas & passiones.

42. Aut prudentiam dicant Deum crucifixum.] Adhuc ad illud eiusdem 1. Cor. 1. adnotauimus, quod autem predicamus Christum crucifixum, & cetera stultitiam.

43. Sed non eris sapiens, nisi stultus fueris.] Hic similiter ad illud 1. Cor. 3. stultus eris sapiens.

44. quia ut phantasma vacabat à sensu carnis.] Hoc est (inquit Rhenanus) carebat sensu carnis phantasma. Similiter autem dixit infra c. 17. Et tamen carnis vacet incurtus; & c. 18. Vacabat enim viciu vacet incurtus; & c. 20. menfes sanguinum vacent; & c. 21. adu. Valentin. c. 10. n. 112. Sine autem legat & intant imaginaria & vacua ludibria cum esse, sine cum.

3. Vatic. imaginaria, perinde est.

45. interfectus veritatis.] Hanc ab ipse prolapso: qui destruit necessariu decus fidei; & cetera.

Quid dimidias mendacio Christum? Lat. adu.

caudi contra eos, qui non nisi blandis verbis compellari vo-
lunt hereticos; certe occurrunt adhuc atrociora longe ad-
versus hereticos verba, apud Auctorem, maxime initio l.
1. adu. Marc. quò lectorem remittimus.

46. Nónne verè crucifixus est Deus, &c.] Ex Pa-
tic. 3. MS. cod. sequentia sic distinguimus & immura-
mus: nónne verè mortuus, vt (pro: &c) verè crucifi-
xus: nónne verè resuscitatus, vt verè scilicet mor-
tuus: Falso ergo statuit, &c. Paulus.

47. Qui me, inquit, confusus fuerit, confundat
& ego cum.] Sic ex uno Patric. cod. pro: eius, quæ lectio
magis placet, cum quod Marc. 8. Gracè legatur: & τῶν
συνήθηται αὐτῶν, tū quòd etiam sic legat B. Cyp. l. de
Lapsis, & Epist. 63. ubi vide Adnotationes nostras n. 47.
Neque verò etiam confundi pro erubescere alicubi quàm
cum Accusatio constructum reperitur. Denique si: eius
legatur, etiam: mei legendum foret; at: me habent MS.
3. Patric. cod. Est interim adnotanda varia Auctoris à
Cyp. & vulgaris codicibus lectio: confundat & ego;
pro: confundatur enim filius hominis. Et qui figi, pro: cru-
cifigi, Auctori videretur esse etiam alicubi diximus.

48. carnem scilicet hanc sanguine suffusam,
&c.] Vere carnis has qualitates latius reperit Auctor
infra c. 9. Logo autem omnino: Ideò que mortalis, pro:
Ideò quia, & cum Rhenano paulopost: Deus Marcion
(vt Patricius sic casus) haud aliter, pro: Deus Marcio-
nis.

49. Ita vtriusque substantiæ census.] Varias hu-
ius vici significaciones apud Auctorem supra adnotavi-
mus l. de Prescript. adu. her. c. 32. n. 184. nempe vt ac-
cipiatur pro recensu, diuisis & auctoritate. Hic certe me-
do modo accipi videtur; infra verò c. 8. ubi legitur de
peccatoris censu, pro recensu seu origine. Similiter etiam
infra c. 17. quum dicitur: si terreni non fuit census
homo. Sunt verò etiam Tertullianica: disjuncta est,
pro absoluta, ac: dimidiata mendacio.

50. sine tunica.] Tunica vocabulo (inquit Rhenan-
nus) cutem intelligit. Sic in lib. sequenti de Resurrect. car-
nis: Carnem (inquit) quam postea pellicæ tunica,
id est, cutes superductæ vestierunt; & mox: Hinc
(inquit) & Apostolus circumcissionem, despoliationis
carnis appellans, tunicam cutem adfirmavit.

51. circulatorio cætu.] Istud per id quod sequitur,
explicatur: sed magum hominem; nam etiam supra
Tom. 1. Apolog. c. 23. multa miracula circulatoriis
præstigiis ludere Magos dixit, ubi vide Adnotat. no-
stræ n. 356.

CAP. VI.

52. Sed quid iam dicentes Pontici illius, &c.]
Inscriptionem huic capiti dedimus: Aduersus Apellem,
quòd Christus non sit mutatus carnem ex sideri-
bus. Dicentes autem pro discipulis, Auctori frequen-
tiss. De Pontico Marcione nempe, infra latius l. 1. adu.
eundem. Proverbium: de calcaria in carbonariam, tra-
hibimus inter Prolegomena.

53. ad Apellem.] De Apelle latius infra Tom. 5. ad
fragmentum l. adu. Apellem, & remittimus etiam le-
ctorem ad ea que diximus lib. supra de Prescript. adu. her.
c. 51. her. 19. n. 324. Atqui lego cum MS. 3. Patric. cod.
in virgine Philumene.

54. vt angelus quidem illius Philumenes.] Sic le-
go pro sua, pro illi. De hoc verò sic supra l. iam dicto c. 6.
Prouidet iam tunc spiritus sanctus futurum in
virgine quadam Philumene angelum seductionis,
ransfigurantem se in angelum lucis, cuius signis

& præstigijs Apelles inductus nouam hæresim in-
duxit, ubi vide Adn. nostras n. 35. & infra c. 24. Aque
(inquit) etiam si angelus, &c. ad energema Apellia-
cæ virginis Philumenes filium dirigit.

55. Etiam si angelus de cælo.] Legimus cum 3. Pat.
MS. cod. de cælo, tū hic, cum infra c. 24. & similiter l.
de Prescript. adu. her. c. 6. pro eo quod est: de cælo, cum
quòd etiam Gracè legatur ἐξ οὐρανόσ, tum etiam quòd in-
frà sic legatur l. 3. adu. Marc. de Epist. ad Galat. Irrepperat
etiam mendum in aditione Lugdunensi, vt legeretur no-
bis, quum legendum sit: vobis.

56. De sideribus, inquirunt, & de substantiis.
&c.] Istud his verbis reperit infra l. 3. adu. Marc. Nam
& Philumene illa persuasit Apelli, ceterisque de-
fectoribus Marcionis, ex fide quidem Christum
circumtulisse carnem; nullius tamen natiuitatis, vt-
potè de elemētis eam mutuatum. Quod ibidem etiam
confutat, maxime scripturis illis quibus infra c. sequenti.

57. Quid illi cum Moysè, qui Deum Moysi reii-
cit.] De hoc latius infra lib. 1. adu. Marc. Sine autem legas
cum excus. cod. reicit, sicut cum Patric. 3. MS. cod. reicit,
parum refert; quomodo etiam si paulopost legas: ob quas
in carnem venerunt, aut processerunt. Atqui pulcrè
diuersitatis reddit causam, cur Christus nasci debuisset, an-
geli non item, infra lib. 3. adu. Marc. Angeli (inquit) ne-
que ad moriendum pro nobis dispositi, breuem
carnis commeatum, non debuerūt nascendo sum-
psisse, quia nec moriendo deposituri eam fuerunt.

58. Atquin, tunc quoque inter illos angelos ipse
Dominus apparuit Abraham, &c.] Haud aliter etiam
ibidem Auctor: Ideò que & ipse cum angelis tunc
apud Abraham in veritate quidem carnis apparuit;
sed nondum nata, quia nondum moritura, sed dis-
cētis iam inter homines conuersari. Quamquam in-
terim hac interpretatio, quæ utrum inde habere videtur,
quòd legatur Gen. 8. Tres vidit, unum adorauit; à B. Au-
gustino non probetur, quem adeò videat lector l. 2. de Trin-
nit. c. 10. Porro legimus eorum ex MS. Patric. 3. cod. At-
quin, pro: Atqui.

59. Sed vos hoc non recipitis, &c.] Similiter etiam
loco citato: Primò non admitteris ad eius Dei exem-
plo quem destruis.

60. Constat angelos carnem non propriam ge-
stasse, &c.] Etiam hoc reperitur ubi supra: In ista quæ-
stione quum putaueras opponendos esse nobis an-
gelos creatoris, quasi & illi in phantasmate putati-
uæ vtrique carnis egerint apud Abraham, & Loth,
& tamen verè congressi (id est cum hominibus conuer-
sari) & palti, & operati quod eis mandatum fuerat.
Scito nec illud tibi cōcedi, vt putatiua fuerit in an-
gelis caro, sed verè & solidæ substantiæ humanæ.
Si enim difficile non fuit illi, putatiuæ carnis veros
& sensus & actus exhibere; multo facilius habuit,
veris & sensibus & actibus verà dedisse substantiam
carnis, vel quæ proprius auctor & artifex eius, &c.
ne prolixiores simus. Porro B. Augustinus questionem hæc
perplexam reperiens l. 3. de Trinit. c. 1. fatetur excedere vi-
res intentionis suæ; quem secutus & B. Bernardus hom. 5.
in Cantic. hanc controuersiam indiscussam reliquisse
videtur, ita concludens: Ceterum (inquit) vtrum ipsis spi-
ritibus naturalia corpora sint sicut hominibus suis, an verò
ipsi spiritus corpora, cum opus est, sumant, rursumque exple-
to opere ponant in eandem, de qua sumpta sunt, materiam
dissoluenda; nolo vt à me requiratur. Videntur patres de hu-
iusmodi diuersa sensisse; nec mihi perspicuum est unde al-

LIAN
i
anibus
II

rerum doceam, & nescire me fateor, sed & nostris profectibus non multum conferre arbitror harum rerum notitiam. Haecenus ille; nec aliter etiam P. Lombardus Sentent. l. 2. dist. 8. §. 4. Quid? quod etiam Auctor neutri ali- quid certi definit.

61. Sed nihil de eo constat, quia scriptura non exhibet, &c.] Nā forte quis istud detorqueat contra tradi- tiones Ecclesiasticas; meminere Auctorem docuisse supra Tom. 2. l. de Coron. Milit. c. 3. etiam traditionem non scriptam debere recipi, quod adeo Lectorem remittimus. Legimus autem mox: etiam ex nulla substantia, pro: & ex 3. Vatic. MS. cod.

62. quid postea factum sit corporibus illorum.] Latissime dictum (inquit Rhenanus) id est, quod pervene- rint. Subauditur De, Proposito. Sic Cicero in Verrem: Quid te futurum est? quo confugies? Plautus: Quid argento factum est quod dedi. Rursum Cicero pro Cluent. Quid hoc homine factum est?

CAP. VII.

63. Sed quotiens de natiuitate, &c.] Caput hoc in- scriptissimum: Respōio ad illud Christi Matth. 12. Quæ mihi mater, & qui mihi fratres. Quippe ex quo Mar- cion & Apelles veram natiuitatem Christi negandam comprobare nitentur sed falsò; quemadmodum etiam pulcrè eundem locum interpretatur B. August. contra Ma- nichæam eodem errore lapsam, Epist. 18. & l. de fide con- tra Manichæos, c. 22. item Epiphani. her. 42. contra Mar- cion. Confutat. 12. Auctor etiam quæst. & Respons. inter opera B. Iustini Mart. qu. 136.

64. Quæ mihi mater, & qui mihi fratres.] Eodem modo citatur hæc scriptura infra l. 4. adu. Marc. quum in- terpres alij malint ex Græco τῆς ἐστὶν ἡ μητέρα μου, ver- tere, quæ est mater mea, & ἀδελφοὶ μου fratres mei.

65. quid iam Responsum sit à nobis MARCIONI EO LIBELLO QVO EVANGE- LIUM IPSIVS PROVOCAVIMVS.] Intelligit haud dubiè 4. lib. adu. Marc. Ibi enim etiam isdem penè, sed paulo paucioribus hæc scripturam explicat verbis pau- lopost adlegendis. Proinde etiam hinc constat verum esse quod adnotauimus supra Prefatione nostra in hunc Tomi 3. eodem penè tempore scriptos hunc & sequentem de Re- surr. caru. libros ac libros quatuor primos adu. Marc. his verò absolutis, tum denique esse conscriptum quintum li- brum aduersus eundem.

66. Licet propterea abstulerint hæreses ista de Euangelio.] Quomodo hunc Luca 8. locum mutilauerint, indicat Epiphani. ubi supra Schol. 12. Non habet (inquit) mater ipsius & fratres ipsius sed solum mater tua, & fra- tres tui. Cuius rationem addens: Etiam si (inquit) supe- riora rescideris, Marcion, Euangelij verba, quo faci- ties Euangelistam non suffragari dictioni à quibusdam re- late nempe: mater tua & fratres tui; non potes transgre- di veritatem; cur enim non multas dixit matres.

67. quod & creditū patrem eius Ioseph fabrum.] Istud desumpsit, præcipuè eodem ex Matth. c. 13. et Marc. 3. partim tame etiam ex Luca 4. c. Nam ibi legitur: Nonne hic est filius Ioseph, quum alij duo habeant: nonne hic est fa- brij filius? Atqui cum Vatic. 3. MS. cod. omittimus paulo- post particulam: est, ubi legitur: Sed nulla tentatio ten- dens, &c. procedit, & omnino legimus deinceps: nisi quod etiam vacuisset rōtationis ingenium; quia, præter alios locos supra citatos n. 44. similiter dixit Auctor supra Tom. 1. lib. de Pallio c. 4. Vacuerat ab vberum gustu, uti etiam adnotauimus supra l. adu. Valentim. n. 112.

68. sicut & in Euangelio ante Marcionem edito

continetur.] Euangelium Ioannis intelligit c. 7. quod non agnoscebat Marcion.

69. Mater aquæ non demonstratur adhaesisse li, &c.] Istud potest intelligi de adhesionem perperam in Chri- sti concionibus, quas frequentabant Martha & Maria. Deinde id quod sequitur incredulitas eorum ad præ- ceptum Domini, non ad Mariam referri debet. Quare calumniam Rhenanus in argumento huius libri, dum non modo Te- stilianum dicit hic dissentire à placitis recentiorum Theo- logorum de B. Mariæ impeccantia, sed etiam pro se argu- nem citat, Augustinum & Chrysostomum. Namque- nis Origenes semper Mariam immaculatam vocat, et ob- bet nos respondere hæreticis, si quid aduersus illam dixerit. B. August. l. de natura & grat. c. 36. postquam dicit nullum sanctorum esse sine peccato subiecti; excipit virgine Maria, de qua, propter honorem Divinitatis, nihil profertur cum de peccatis agitur, haberi vult quodammodo Chrysostomi denique loci quomodo sane intelligi possunt de Sixtino Senensium Biblioth. Sanctal. 5. Adnotat. l. 6. Adnot. 58. & 138. ubi etiam, & Adnotat. 140. explicat; quomodo intelligi possunt quædam ver- bogenis & Augustini ac Eucymij, qui Rhenano laqueum denuntiant. Quæ omnia latius, ut iuxta Expectationem huius- modi expungatur, in omnibus libris hæcænae exemplari- nani calumnie.

70. tam proximi.] Tam (inquit Rhenanus) tam superlativo proximi, uti etiam infra lib. 4. ubi de. Deinde quum dicitur: necessarius aliquid, merito hic etiam accipitur, uti adnotauimus supra Tom. 1. Patient. c. 11. n. 69.

71. si fortè tabula ludens.] Campus (inquit) Calceagnus tract. de tessera ludis) in quibus pugna iam olim exercebatur, ab antiquis, nunc nunc alveolum sive alveum, nunc tabulam ludis, ἄλθιον; sed & frivillium appellatum videtur, quibus licet Grammaticis, qui ex auctoritate veterum, non ad tesseras, sed ad talos frivillium pertinet. Campus ligneus etiam appellatur in ægypti- dis. Quo loco latissime tractat quicquid ad ludum pertinet. De alveo interim tabula ludis, vide in Tabula Aleatoribus inter opera B. Cypriani Tom. 3. quæ pro- niciofa eius consuetudo.

72. vel de histronibus aut aurigis comedi- Adludit (inquit Rhenanus) ad spectacula & iu- aurigarum. Nam sus quisque fauebat. Ica dicitur dens. De quo nos latius supra Tom. 2. lib. de spectacu- potissimum c. 15. n. 138. & 139. ac c. 16. n. 142.

73. quum indignatio parètes non negat. In- iurget.] Similiter infra l. 4. adu. Marc. Tam proinde enim personas foris stare, extraneis intrare, etiam sermones eius, amplius & auocare eum à silibus opere querentes, merito indignatus est; non tam negavit quàm abdicavit. Epiphani. in anali hæcænae- gationem referre ad eum, qui nuntiabat fratri Marcionis & fratres.

74. non tanti facere matrem aut fratres, quum verbum Dei.] Adludit ad illud Matth. 10. Qui matrem aut matrem plus quàm me, non est meus discipulus ipsa verba citavit supra, lib. de Baptis. cap. 12. ubi rō sensum duntaxat.

75. Sed aliàs figura est sinagoga, &c.] Ad hunc mysticum sensum reperire est apud B. Hieronymum in Matth. c. 12. Amos. & Belem in Lucæ hieron. in Matth. c. 12. Amos. & Belem in Lucæ ubi autem: nūcupat, recte à Rhenano intelligitur Christi- 76. Sed feliciores &c. qui verbum Dei audierunt.

Infra l. 4. adu. Marcion. additur, sicuti etiam in Euangelio Luca: & faciunt, quod uersimiliter etiam hic addi debet, sed melius id facere, repugnantibus MS. 3. Vatic. cod.

CAP. VIII.

77. Solis istis capitulis, &c.] Titulum huic capiti dedimus: Aduersus Apellecianorum angelum igneum carnis creatorem. Omnino enim lego: Apelleciani, pro eo quod erat: Apellaciani; neque enim ab Apella, sed ab Apelle heretico nomen habent. quare neque placet aduersus quam adfert Rhenanus, ut dicantur Apelleciani, quasi Apella, quum ipse etiam fateatur potius appellari Apellitas & Apelliacos; nam & infra cap. 24. Apelliaci uirgo Philamene nuncupatur. Eisdem Apellecianos uocat Epiphanius. her. 4. 4. B. uerò Cyrilianus epist. 73. Apellecianos.

78. quam uolunt ab igneo illo, &c.] Huius ipsorum erroris mentionem habes supra l. de Prescript. aduers. heret. cap. 5. her. 19. num. 324. & latiore tractatum l. de Anima, cap. 23. num. 298. ubi etiam similem Tertullianum citatum habes ex l. de Resurr. carnis. Faciente interim ad hoc huius intellectum maxime illa uerba dict. cap. 23. Apelles sollicitas refert animas terrenis elcis de supercaelestibus sedibus, ab igneo angelo Deo Isaacis & nostro; qui exinde illis peccatricem circumfinxerit carnem. Ibi enim habes quid significet illud: sollicitatis animabus; quodque ibi circumfinxerit, hic adstruere dixit; & de peccatrice carne hic multo latius.

79. praefide mali.] Hoc delirium (inquit Rhenan.) etiam notat in lib. de Prescript. adu. her. cap. 34. Nemo alterum Deum ausus est suspicari (facilius de filio quam de patre haesitabatur) donec Marcio praeter creatorem alium Deum solius bonitatis induceret. Apelles creatorem angelum nescio quem gloriosum superioris Dei, faceret Deum legis & Isaacis, illum igneum adfirmans. hac illic. Quando uerò dicit, praefide mali, id est, seui Dei, uidetur loqui de Apelle & Apelleciani, antequam à Marcione separati sunt. Nam post eam diuisionem, unum tantum Deum adseruit Apelles.

80. paratura.] Paraturam uocat (inquit idem) id quod praestat materiam. Sic in lib. de Pallio, cap. 3. lanam uocat paraturam materiari. Tantam igitur paraturam materiari (inquit) ingenia quoque uestificinae profecuta. Ergo: de sua paratura, hoc est de sideribus & caelo, qua corporis materiam Christo subministrarint.

81. penitentiam admiserit.] De hoc ita loco supra scripto de Prescript. l. adu. her. Tertulliani cap. 51. Cui mundo permiscuisse penitentiam, quia non illum tam perfecte fecisset, quam ille superior mundus institutus fuisset.

82. Nam est nobis ADVERSUS ILLOS LIBELLYS.] De hoc LIBELLO, an idem sit qui à Rhenano & aliis ADVERSUS APPELLITAS inscribitur, an alius, infra latius Tomo quarto ad fragmenta eiusdem libri.

83. siquidem omnis penitentia confessio est delicti.] Non ergo sufficit Lutherianorum definitio: Penitentia, noua uita. Verum de Penitentia tribus partibus, contritione, confessione, & satisfactione, late supra Tom. 2. in integra libra de Penitentia. Rectè autem supplet Rhenanus in hunc modum: & membra delictum, subaudi: erunt. Erit proinde & caelum, subaudi: delictum. Et caelestia cum caelo, delictum erunt. Ma uult esse breuis & obcurus quam perspicuus. Legimus uerò ex Vatic. 3.

MS. cod. de peccati constituit elementis, pro: de peccatis; & cum Basil. cod. de peccatorio censu, pro eo quod in aditionem Lugdunensem irrepserat: sensu.

84. Primus homo de terrae limo, secundus homo de caelo.] Etiam hic à communi lectione Apostoli 1. Cor. 15. uariatur; transferens: terrae limo, pro: terra, quod etiam Graecè duntaxat legitur; & omittens: terrenus, ac deinde: caelestis.

CAP. IX.

85. Prærendimus adhuc, &c.] Caput hoc inscriptum: Quod constat uerā carnē fuisse in Christo.

86. quod de limo figuratum etiam ad fabulas Nationum ueritas transmissit, &c.] Sic legitur ex 3. Vatic. MS. cod. omissa uocula: est. Significat autem (inquit Rhenan.) Promethei fabulam, qui primus è limo hominem finxerit, Iapeti filius, Ouidius lib. 1. Metamorphoseon:

Sanctius his animal, mentisque capacius alter Deerat adhuc, & quod dominari in cetera posset,

Natus homo est. Siue hunc diuino semine fecit Ille opifex rerum mundi melioris origo;

Siue recens tellus, seductaque nuper ab alto Aethere, cognati retinebat femina caeli;

Quam satus Iapeto mixtam fluuijalibus undis Finxit in effigiem moderantū cuncta Deorum.

Huc adludit etiam Iuuenalis Satyra 13.

-- Vnus & alter

Forſitan hæc spernant iuuenes, quibus arte benigna

Et meliore luto finxit præcordia Titan.

Id uerò Ethnicis sunt à nostris mutuati, uidelicet de libris Moſaicis. Porro Tertullianus noster l. 2. adu. Marc. eleganter Deum creatorem appellat, uerum Prometheum. Atqui noua uox est: aquana, pro: aquea, ubi legitur: sanguine aquanam. Habent denique Vatic. 3. MS. paulopost: Hæc sunt quæ illum filium Dei caelauerunt, pro: caelauerunt; sed perinde est.

87. de Septentrionibus.] Hoc sciam (inquit Rhen.) quod à figura posteuraque ipsa, quæ simile plauſtri uideatur, antiqui Græcorum à Luca. 2. adu. Marc. dixerunt, nostri quoque ueteres à bubus iunctis Septentriones appellarunt, id est, à septem stellis, ex quibus quasi iuncti eriones figurantur. Sunt autem Trianes rustico uocabulo boues, quasi teriones, à terenda terra, id est aranda colendaque. hac ex Antio Gellio.

88. & Vergiliis.] Vergiliae (inquit idem) circa æquinoctium oriuntur, unde nomen habent à uere. Græcis ἀφ' ἑσπέρης sunt, quod ex compluribus stellis consistunt.

89. & Suculis.] Quæ stelle Græcis (inquit idem) ὀδ. δ. 5, à nobis primò Syades, deinde Suculae sunt dictæ. Auctor Gellius. Sunt autem in capite Tauri. Porro usurpat emendatum pro perfecto siue illustrato, atque intente. Atqui quum secundum posteriores aditiones legatur: emendatum, non opus est cum Rhenano explicare quid hic significet emendatum.

90. Vnde huic doctrina & signa ista?] Vox Græca: σοφία, uertitur ab Auctore Matth. 13. doctrina; nam etiam Plato pro scientia usurpat, quum dicit 2. de Repub. σοφία δὲ μὴ ὁρῶν, & Aristophan in Pluto, σοφία μὲν ἔσται. Addit autem: etiam despicientium uox erat, quia sequitur ibidem: & scandalizabantur in eo.

91. humanæ honestatis.] Honestatem (inquit Rhenan.) hic accipit pro pulchritudine, sicut mox: Contumelia uerò inhonestam probauerit, id est, deformem. Ita Virgilius:

LIAN,
i
onibus
II

Et quocumque Deus circum caput egit honestum.

Horatius satyra 2. lib. 1.

-Neque siquid honesti est,
Iactat habetque palam.-

92. de ignobili aspectu eius, &c.] *Quod transtulit ex Græco τὸ εἶδος ἀπὸ τῶν Tertull. supra lib. advers. Iud. c. 14. & infra lib. 3. adu. Marc. speciem inhonoratam; hic: aspectum ignobilem; quamquam primo loco etiam dicat: nec aspectu quidem honestus. De Proverbia: vngue summo perfringere, Prolegomena nostra videat Lector. Quid autem sibi velit illud: nisi merentem, nescio. Legas denique: sanguinem fudit cum excusis, aut: fundit, cum 3. Vatic. MS. cod. perinde est. In sequentibus verò imitatur B. Irenæum lib. 3. cap. 32.*

CAP. X.

93. Conuertor ad alios æquè sibi prudentes, &c.] *Titulum huius capituli ipse Lector indicat: Aduersus alios qui carnem Christi animalè adfirmat; quive salutis animæ solius causa Christum processisse volunt. Rectè autem: sibi prudentes appellat hæreticos; quia hæreses de arbitrio suo sibi inducunt, uti habet Auctor supra lib. de Præscript. aduers. hæret. c. 6. & nos ibidem in Adnot. latius n. 32. & 34.*

94. si vt animam saluam faceret, &c.] *Adludit haud dubiè ad illud Luc. 9. Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare; sicuti etiam infra c. 12. his verbis: Et veni inquit animam saluam facere.*

95. non carnis, sed animæ nostræ solius liberanda causa.] *Hunc errorem adscripsit supra lib. de Præscript. aduers. hæret. Basilid. s. 4. 6. hæret. 4. n. 304.*

96. Porro si nõ nostram liberauit, quia carneâ, &c.] *Ex Latino legimus: carneam, pro: carnem; id requirente sensu. Variam autem hic lectionem habet Vatic. 1. Porro si non nostram liberauit, nihil ad nos, quia carneâ non est; sed aliorum lectio vulgata magis placet.*

CAP. XI.

97. Sed aliam argumentationem eorum conuenimus, &c.] *Capite huic inscriptionem datus: Aduersus eosdem, quod anima Christi carnalis non sit. Atqui Vatic. 3. MS. cod. omittunt quidem illud: mortalise sit an non; sed retinere malimus. Sive autè cum isdem legas: Sed nec esse quidem potest sine cum excusis: ne esse, non refert.*

98. Omne quod est, corpus est sui generis, &c.] *Pertinet istud ad paradoxon de Anima corporea Tertulliani; de qua partim supra lib. de Anima, cap. 5. 6.*

99. & 9. partim in Prolegomenis; quamquam hic videatur adhuc suam suspendere sententiam; vt fortassis scriptus sit iste liber ante librum de Anima; sed quia ille ante librum de Resurr. carnis est aditus, & iste cum illo quasi coniunctus est, oportuit illum præmittere. Interim rursus effigiem animæ tribuit cap. sequenti.

100. cassidem aut personam ei inducit.] *Adnotauit Rhenanus ad marginem: Istud oppositum esse illi, quod est: detrabere personam; verum de his latius in Prolegomenis inter Proverbia.*

100. si in carne conuersam alienam induit superficiem.] *Intellige inquit Rhenanus) si Christus induit alienam superficiem, cõuersam supple animam in carne. Sic dicimus: Induo te tunicam.*

101. alterius iam notitia.] *Alterius inquit idem) dixit, pro alius, id est diuersa, sic infra cap. 16. Si in carne meliore & alterius, id est non peccatrix natu-*

ra nauum peccati redemit. Similes sunt etiam infra loci lib. de Resurr. carnis: alterius diuinitatis, &c. & ad alterius spei auctorem.

CAP. XII.

102. Ostensa sit nunc anima per carnem, &c.] *Inscribimus caput istud: Quod Christus uenit non vt seipsum, sed vt Christum anima cognosceret. Legimus autem cum Vatic. 1. cod. Itaque superest.*

103. Et vt impressiùs dixerim.] *Similiter infra c. 20. hoc quidem impressiùs, & lib. 3. aduers. Marc. Impressè Apostolus mandat. Que accipit præcepta te dicere.*

104. animæ anima sensus est.] *Vide de huiusmodi dictum librum de Anima cap. 18.*

105. Plenius hæc profecit LIBER QUI EM SCRIPSIMVS DE TESTIMONIO ANIMÆ.] *Habentur hæc eadem Anima adnot. Ignorantis testimonia, dicto lib. c. 2. & 4.*

CAP. XIII.

106. Caro facta est anima vt anima coleretur.] *Titulum huic capiti datus: Quod & carnis caro in Christo diuersè sint substantiæ; cum eas meminit infra Auctor c. 18. quum duas substantias Christo pronuntiat. Hæc interim prima ueritas, aduersus sunt, sed aliorum contra quos disputat, quibus respicit. Numquid ergo, &c. Eadem latius l. adu. Marc. & etiam eadem piersque scripturus citat.*

107. Etiam quum demutantur qualitate.] *Vide supra cap. 3. num. 25. Legimus autem, Vatic. MS. cod. nec potest dici testa & argilla, aliter testa.*

108. Anxia est, inquit, anima mea vt quæram rem.] *Ad uerbum expressit uocem Græcam, quia illud τρεπί excessum tristitia significat; ut in modo, sed etiam infra Tomo 5. lib. de Euge in periphrasi uertit: trepidat, l. de Resurr. carn. c. 18.*

109. Panis quem ego dedero pro salute carnis meae est.] *Videtur ex proposito transmissum. Et uoces illas: pro salute mundi, quæ aliquos in exemplaribus postponuntur, & in Græcis neq. an poni debent, quia additur: ἢ ἐγὼ δώσω, aliquid uocem significantiùs intelligatur, Christum uerem uocem habuisse. Quod quum ex eo loco comprobet, certe eorum interpretatio, qui etiam eo loco apud Irenæum ueritatem carnem intelligi uolunt; eo quod fuerit quædam alium locum, certè istum, facere pro ueritate corporis Christi in Eucharistia. Ego nihilominus putasse me uocem istam dictam lectionem, nisi sequeretur panis pro salute carnis, nempe caro, panis pro mundi salute: ubi etiam ueritatem uertit Græcam uocem ἐγὼ paraphrasin; ut in nim aliud uita, quàm salus seculi.*

CAP. XIII.

110. Sed angelum (aiunt) gestauit Christus, &c.] *Caput hoc inscripsimus: Aduersus alios quosdam, quod solus Christus sit saluificator uocem, non angelus quem induerit.*

111. in ignem præparatum diabolo & angelis eius.] *Omnia quidem: æternum hic Auctor, sed quum eum subintelligat, uerbis hisce subsequentiùs uoluit, numquam tamen illis restitutum reponit. Quæ sententia adnotanda contra demones quosdam nostri temporis hæreticos, qui restitutionem etiam demones pollicentur; qui error iam olim in Origenis doctrina natus est.*

112. Idoneus enim non erat Dei filius, &c.] *In-*

TERTULLI
Cum Annotat
PAMELLI
A. V.
16.

nicus istud. Auctor ex persona hereticorum. Similiter infra lib. sequent. cap. 11. Et utique idoneus est reficere.

113. saluator. Hanc vocem explicat, quum subdit: si duo salutis artifices. Vtrius vero eadem voce infra lib. 5. aduers. Marc. in translatione verborum Apostoli 1. Thess. 5. in aduentu Domini & saluatoris notati.

114. Dicitur est quidem magni consilij angelus, id est, nuncius, &c. Eodem modo hunc locum explicat, ut dicitur proprie accipiatur pro nuncio, infra Tomo 5. Novatianus lib. de Trinitate, B. Cyprian. Test. lib. 2. cap. 21. Hieron. in Comment. Hilar. l. 4. de Trinit. August. de Trinit. l. 2. c. 13. l. 18. de Civitate Dei, cap. 35. & alibi, Athanas. lib. de beat. Filij, Iustinus Apol. 2. pro Christian. & adu. Tryphonem, Dionys. Areop. lib. de Celestis Hierar. cap. 4. Epiphani. in Arianos, & B. Ambros. in cap. 10. ad Rom. alique complures, quorum ingentem copiam citat in hunc locum Isai. 9. Leo de Castro; aduersum modernos quosdam Typographos, a quibus omittitur: angelus; quia tamen vocem habent Patres omnes, quotquot secundum adu. 70. locum hunc citant, pro quo et Hebræo admirabili consiliarius recte à B. Hieronymo vertitur; nam illud: βασιλευς οὐρανῶν, ex margine varia lectio in A. quæ in textum 70. irrepserit, patet ex Eusebio lib. 9. Demost. Ewang. cap. 8.

115. vtrique Gabriel aut Michael. Adiecit: aliqui, ex Vatic. 3. MS. cod. Sicut enim similes phrasæ supra cap. 12. in Lazaro aliquo; hoc cap. paulopost: in aliquo Zacharia; & alibi frequentissime. Sive autem legat paulopost: de familiaris cum 2. Vatic. MS. cod. sive: ex cum reliquis, perinde est.

116. Minuisti cum modicum quid citra angelos. Sic castigatus ex 3. MS. cod. pro: modico quid. Legitur quidem cap. sequent. Minorasti cum modico; sed etiam ea lectio bona est, omisso: quid. Interim prius illud habet Auctor, eundem locum citans & supra Tom. 1. lib. adu. Iudæos, cap. 14. ac Tom. 2. lib. de Corona milit. cap. 14. & infra lib. 3. aduers. Marcion. quare etiam infra sic legendum censerem, nisi obstaret ibi MS. Vatican. 3. cod. Accipi autem ab Auctore pro iisdem: citra, & infra, & circa, & supra, priori loco adnotauimus num. 162. Tertullianica item phrasæ sunt: si forte, &: qua caro, qua autem spiritus.

117. Poterit hæc opinio Hebionum conuenire, qui nudum hominem, & tantum ex femine David natum, non item & Dei filium constituit Iesum. Sic omnino lego, addens: natum, ex 2. Vatic. MS. cod. & cum iisdem legens: non item; pro eo quod proximè accedens 1. adu. non idem; pro quo coniecerat quidem legendum: id est non, Rhenanus; sed illud magis placet. Plura verò de Hebione supra adnotauimus lib. de Præscr. adu. heres. cap. 33. num. 192. & 48. heres. II. num. 313. Quibus hic addo, quod eiusdem hæresos etiam meminere: de Chri-sto nudo homine, B. Ignatius Epist. ad Trallian. Irenæus, quamquam tacite satis lib. 1. cap. 26. lib. 3. cap. 1. & aperte lib. 4. cap. 59. Eusebius Eccles. histor. lib. 3. cap. 21. alius 27. Hilar. lib. 1. de Trinit. Epiphani. heres. 30. Philastrius, August. Theodor. Damasc. Honor. Isid. ac Erabanus lib. de heres. Contra alteram eius heresin, quod Christus ex femine viri natus sit; disputat Auctor infra cap. 16. 17. ac 18. Aduersus verò utramque facit illud quod habet infra cap. 24. Et: Non ex sanguine, neque ex carnis & viti voluntate, sed ex Deo natus est; Hebionum respondit, nempe scriptura.

118. plane Prophetis aliquo gloriofior. Ad-

notat Rhenanus aliquo accipi, pro: in aliquo. 119. & ait mihi angelus qui in me loquebatur. Rectè prius Zachariæ mentionem fecit, quia legitur istud Zachar. 1. 2. & sequi cum etiam est frequens quodiandium illud omnium Prophetarum: Hæc dicit Dominus. ubi interim ad marginem adnotauimus Isai. 1. & sic de aliis. Legimus autem cum Vatic. 3. MS. cod. eo quod sit significatiua: coram, & sua auctoritate, pro: ex.

120. Non angelus neque legatus, sed ipse Dominus saluos eos fecit. Inuenitur hic locus Isai 63. iuxta 70. pro eo quod ex Hebræo vertit B. Hieron. Non est tribulatus, & angelus faciei eius saluauit eos in dilectione sua, & indulgentia sua ipse redemit eos; vnus ex illis locis, quibus potissimum solent veteres probare Christi diuinitatem, vti rectè ante me adnotauit iam dictus Leo de Castro doctiss. suo in Isaiam Comment. citans non modò Tertullian. infra lib. 4. aduers. Marc. ac B. Cyprian. lib. 2. Testimon. aduers. Iud. cap. 7. sed præterea B. Iren. lib. 3. cap. 32. Higin. Pap. Epist. 1. decretali, Hilar. in Psal. 52. Athanas. lib. 1. de fid. vnit. & trinit. & lib. 2. de Spiritu sancto, contra Apollin. in sine. Ambros. de fide, lib. 2. cap. 9. Cyrill. contra heres. lib. 5. cap. 7. ac lib. 12. cap. 10. Epiph. in Actis, Chrysost. hom. 7. ad popul. Antioch. & lib. de Cognit. Dei, citato ab Euthym. Panopl. part. 1. tit. 8. Pelagium Papæ Epist. ad Vigil. Episc. denique & Synod. Nic. 2. act. 6. Quibus adde etiam B. August. tract. 24. in cap. 6. Ioannis: ubi concordiam docet, quomodo alibi magni consilij angelus dicatur, & hic tamen non angelus nos saluos fecisset, sed ipse Dominus. Transpositæ sunt autem hæc voces angelus & legatus, eo quod hic de angelo agat; infra legitur, sicuti apud alios Patres: Non legatus neque angelus, seu nuncius. Peculiare est etiam B. Cyprian. ubi supra, ut transferat senior, pro: legatus; vox interrim Græca πρεσβυς pro seniore, etiam Plutarcho sic interpretatur.

CAP. XV.

121. Licuit & Valentino, &c. Inscriptionem huic capiti damus: Aduersus Valentinum, quod caro Christi spiritualis non sit, ex scripturis probari. De hoc enim errore Valentini sic supra lib. de Præscr. aduers. heres. cap. 49. Hunc autem (nempe Christum) in substantia corporis nostri nõ fuisse, sed spiritale nescio quod corpus de cælo descendente. Contra eundem sic Polycarpus Epist. ad Philipp. Omnis qui non consistetur Iesum Christum in carne venisse, hic Antichristus est, qualis fuit Valentinus. Similiter Epiph. her. 31. ac alij qui de heres. scripserunt, Philastr. August. Theodor. Damasc. Honorius, Isidorus, & Erabanus.

122. Dominus est Sabbati filius hominis. Videtur legendum: etiam Sabbati, quia sic habetur Matth. 12. verum refragantibus exemplaribus Vaticanis, nolui quid immutare.

123. Homo in plaga, & sciens ferre imbecillitatem. Etiam hic desideratur vox; positus; nam non Græcè modo & Latine Isai. 53. secundum 70. sed etiam supra Tom. 1. lib. aduers. Iud. cap. 9. legitur: Homo in plaga positus. Verum non habent MS. cod. Vatican. neque Ambros. in Psal. 61. ubi ad idem institutum hæc scriptura citatur, neque etiam B. Cyprian. lib. 2. Testim. adu. Iud. cap. 13. neque ipse Auctor paulopost eandem scripturam repetens, neque etiam dicto lib. aduers. Iud. cap. 14. aut infra lib. 3. adu. Marc.

124. Et homo est, & quis cognoscer illum? Omnino castigatus: cognoscer, pro: cognouit; quia præterquã quod Græcè est illud & in Hebræis, Chaldaicis, ac Lati-

LIAN, ianibus

nis exemplaribus, etiam Auctor id legit infra lib. 3. adu. Marc. & supra dicto lib. adu. Iud. cap. 14. ubi vide Adn. nostras num. 163. Eadem vero modo etiam Epiphani. legit har. 30. contra Hebrionem agens.

125. Et super nubes tamquam filius hominis.] Super nubes paraphrastice transiit Auctor, pro eo quod Græcè & Latine est Dan. 7. & ipse Auctor legit supra lib. aduers. Iud. cap. 14. & infra lib. 4. aduers. Marc. cum nubibus. Desiderantur hic etiam voces: ecce, & cæli, que alibi habentur.

126. Iesum Nazarenum virum vobis à Deo destinatum.] Quum destinatum verit Auctor, debuit legisse Græcè, sicuti exemplaria quædam Græca moderna, S̄m̄d̄ed̄eȳ Ἰησοῦς, id est, demonstratum, declaratum, sine exhibitum; quod etiam legit haud dubie qui in Syriacam linguam vertit, ex qua Latinus interpret: qui à Deo apparuit apud vos. Alij codices legunt: S̄m̄d̄ed̄eȳ Ἰησοῦς, quod rectè verit vulgatus interpret, approbatum. Accipit itaque: destinatum Auctor, pro, velut ad ictum propositum, id est, demonstratum; non focus atque dixit supra lib. aduers. Valent. cap. 1. num. 110. quos nunc destinamus hereticos. Interpretatur autem virum Auctor, utique hominem.

127. Nam ut penes quendam ex Valentini factioe legi, &c.] Videtur intelligere Alexandrum, de quo cap. sequi. eo quod addar: ille, tamquam de quo prius sit locus, legimus autem cum 2. Vatic. cod. Talia & ethnici voluerant, addita Coniunctione.

128. defecta citra filios hominum.] Rectè sic legunt Vatic. 3. MS. cod. pro: despecta; more Tertulliano, qui passim pro actius vitio solet; nam & supra lib. aduers. Iud. cap. 14. & infra lib. 3. adu. Marc. legitur apud Auctorem: deficiens citra filios hominum; cui correspondet vox Græca ἐκ δὲ ἄνω, & ea quæ hodie existat ad verbum ex Hebræo translatio.

129. Agnoscunt hominem Deo mixtum.] Hanc locum imitatus videtur B. Cyprian. lib. de Idolor. vanit. quum dixit: Deus non homine miscetur. Quod quomodo intelligatur, explicat Auctor supra c. 3. dū dicit: Nō potes dicere: si natus fuisset, & hominem verè induisset, Deus esse desisset, amittens quod erat, dum adsumit quod non erat. Periculum enim status sui Deo nullum est. Nam accipitur itaque illa mixtio, ut una fuerit natura; sed dua secundum orthodoxos Patres natura in Christo agnoscenda sunt, diuina & humana. Itaque dum taxat eo loquendi genere significare volebat; licet Deus sit & homo; tamen non duos, sed unum esse Christum. Non tamen conversione diuinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum.

CAP. XVII.

130. Insuper argumentandi libidine ex forma ingenij heretici.] Titulum huic capiti damus: Quod Christus carnem veram adsumplerit, etiam in neque peccatricem, neque ex semine; contra Alexandrum hereticum. Est autem adnotanda argumentandi libido in hereticis, quam hic attingit; de qua latius supra lib. de Prescript. aduers. har. cap. 7.

131. Alexander ille.] Quis iste Valentinianus fuerit, non est dubium; colligitur enim id tu n ex verbis supra indicatis n. 127. tum etiā ex his verbis sequentis capiti: Sed remisso Alexandro, cum suis syllogismis, quos in argumentationibus torquet; etiam cum Plalmis Valentini, quos magna impudentia quasi idonei alienius Auctoris interfecit. Nescio an fortassis idem

fit cum Alexandro Hierapolis Episcopo, quem scribit Iudas 9. capitibus conscripsisse, quid non Christus in manus intulerit, addens eam Orat. onem recoditis forte ita oblitus ut deprehendit error facile non posset) sententia sequi esse. Pro quo facit, quod subinde in sequenti. Auctor uocis tatis naicendi Christi meminerit; preteritum cap. 20. & 21. ita tacite, quantum apparet, ad titulum libri Alexandri adludens. Est autem paulopost vox Tertullianæ gestu, pro ornatu seu maiestate.

132. Euacuauit peccatum in carne, &c.] Non in instituta materia gratia, quod Apostolus perit Rom. 8. Ibi enim sic legitur: Deus filium suum uerit similitudinem carnis peccati, & de peccati damnatione (sive, ut Auctor, euacuauit) peccatum in carne. Quia, ce euacuauit, videtur exprimere uoluisse Auctorem uocis Græcæ ἔγειρε, que nō tam damnationem ad mortē damnare, atque adeo euacuare quodammodo significat. Atqui: in similitudinem legimus ex 2. Vatic. cod. cum vulgata adrione Latina, pro: in similitudine.

CAP. XVII.

133. Sed restitit Alexandro, &c.] Hanc scripsimus: Quod carnem Christus ex uirgine suscepit. Quod ipsum Argumentum late etiam tuum habes supra, ex isdem penè scripturis, lib. adu. Marc. 3. infra aduers. Marc. li. 3.

134. cum Plalmis Valentini.] Eiusdem uocis mentio iterum cap. 20. Nobis quoque aliam uocem Plalmi patrocinauerunt; non quum restata & heretici, & Platonici Valentini lib. utitur autem ex posteriori loco, Valentini uocem uoluitis & Gnostici (quibus cum errore adhibetur) non agnouisse Plalmos David. Quis postea Paulus Samosatensis (Euseb. teste Eccl. Hist. li. 7. p. 10) Plalmos qui in Dominum Iesum dicebantur, quos uelut neotericos & uapores inuentos; à se uentis, diebus Pascha, in medio Ecclesie, muliere uocata ita ut horresceret siquis audiret. Que uerba illud adu. Marc. addit, ut agnoscat quos Auctores uocem stri moderni Maritorum potius quam Christi-orum cantores, & canat. ces. idque tali cum uocem mus audientium perhorrescat.

135. ad unam iam lineam congressionem summus.] De hac proserbali formula inter Prolegomena.

136. Quamquam liquit iam.] Praeterea inquit Rhod.) usurpat à uerbo liquere, pro: dicitur de Panit. n. 34. & de dedicandi uerbo libidem, p. 10.

137. Emmanuelem nobiscum Deum.] Hanc uocem ex l. 3. adu. Marc. uiri etiam supra l. aduers. Marc. adnotauimus. Item paulopost cum prima adnotata, si primus Adā de terra traditur, pro eo quod Iesum substituerat: Adam ita traditur. Atqui uerba de Iesugo erat adhuc terra, &c. imitatio est Auctoris in cap. 31. ac 32. sicuti & in sequentibus.

138. Et tamen nā mihi uacet (id est, profano fuerit) incurtus in Christum (Adam ad Apollonem dictus est.] Sic iterum lego ex Vatic. 3. MS. cod. uocem Iudæo, pro eo quod irreperat: incurtus Adā (uocem Iudæo) quod quod Iudæus Adam ab Apollone dictus est; sed illud Tertullianum est. Nō uolo significantius est, sed illud Tertullianum est. Nō uolo tem (inquit idem Rhodan.) id est, uocem, pro: factus est: Sane uacaret mihi. Sic rursus lib. de Resurr. carnis, cap. 8. Nā illa beatissima & gloriosissima, Iesum de carne resurrexerunt. Prurum etiam alibi frequenter deo dum hanc nostram sententiam & istā interpretatā Latini: Quasi dicit, Patiar primi & uocem, ad similitudinem.

TERTUL
Cum Adnotat
PAMELL
A. V.
16.

similitudinem tanquam in anem mihi eripi; si terreni non fuit cœlis homo eius. solet enim quadam ironia quasi aduersario concedere, id quod cause suæ maximè fauet; ut aduersarium debilem ostendat.

139. imaginem & similitudinem suam, &c.] *Hic hæc duo coniungit, quum alibi separare solet; de quo vide supra lib. de Baptis. cap. 5. num. 42.*

140. Immo concepit, &c. verbum diaboli semen illi fuit, &c.] *Cautè hæc legenda, sicut & illud: Enixa est denique diabolom fratricidam, Vehementia enim disputationis aliquando in eiusmodi phrasæ erumpunt Veteres, priusquam animaduertant. Nam non verè diabolom fuisse Cain fratricidam patet vel ex eo, quod paulo post eundem malum fratrem vocet; neque enim Cain verè frater Abel dici potuit; si ille ex diaboli, hic verò ex Adæ femine natus fuit.*

CAP. XVIII.

141. Nunc vt simplicius respondeamus, &c.] *Inscriptum caput istud: Quod Christus, qui esset Dei filius, non competebar ei ex femine nasci.*

142. nihilque haberet amplius Salomone, & amplius Iona.] *Tacite opinionem Hebionis, quod Christus non esset Dei filius, his scripturis Matth. 12. refutat: Ecce plus quàm Iona hic, &c.: Ecce plus quàm Salomon hic; iterum transponens verba textus.*

143. aut si ex femine ipso factum est, dicat scriptura, &c.] *Adnotatu digna est etiam ista ex cod. MS. Vatican. 3. refutatio, pro eo quod erat mendosissimè: ex semine ipso; neque hic modo, sed & hic postea, ubi legitur: non ex femine ipso suggerit factum; &c.: Si non ex femine ipso, sed ex alio. Quæ aduersarius fortassis occupatum dedit erronea lectionis; sed etiam illa constat cum ista lectione.*

144. Quod in carne natum est, caro est, &c.] *Ad eundem modum loquitur Auctor infra lib. adu. Praxean: Dices igitur cum Nicodemo: Quia quod in carne natum est, caro est; & quod de spiritu, spiritus est. Est igitur peculiaris hæc Auctori lectio: in carne, pro eo quod videtur omnes tam Græci quàm Latini & Syriaci, Ioan. 3. & Veterum Commentariorum Græcorum quàm Latinorum: ex carne, inter quos B. Chrysost. nominatim etiam ex hoc loco inarnationem Christi probat, hom. 25. in Ioan. Quamquam interim c. 20. infra doceat: in ea, &c.: ex ea, pro ista in scripturis haberi.*

CAP. XIX.

145. Quid est ergo: Non ex sanguine, &c.] *Capiti huic inscriptionem datus: De loco scripturæ à Valentiniā adulterato: Non ex sanguine, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo natus est. Est autem hoc peculiare hic etiam Tertullano ipsi cum Valentiniā, quod legitur singulari numero: ex sanguine, pro eo quod vocem Græcam ἀπὸ τοῦ πνεύματος veritè vulgaris interpretis: sanguinibus; quomodo etiam Veteres quos vidimus hæc tenent.*

146. adulteratores eius.] *Rectè vocat: adulteratores scripturæ hereticos hoc loco; quia; pro eo quod omnes exemplaria Græca, Latina, Syriaca, & Patres omnes consuetè legunt, vti etiam haud dubie Evangelista Ioannes: ex Deo nati sunt; ipsi singulari numero legerunt: natus est. Hoc interim mirum, quod eodem modo citer illum scripturam aduersus Hebionem, infra cap. 24.*

147. obduxero.] *Obducere (inquit Rhenan.) pro: conuincere, profigare, atque delere. Cuius similes loci libro sequenti de Resurrectione carnis, cap. 2. proinde & obducimus, ac: Obducti dehinc de Deo. Vide plures eiusce-*

modi locos supra Apolog. num. 572. ac 618. & lib. aduers. Hermog. num. 134.

148. vt ostendat esse semen illud arcanum electorum & spiritualium.] *Vide de hoc supra lib. aduers. Valentiniā, cap. 25.*

149. qui credunt in nomine Domini.] *Hic, et si Græcè habeatur eis ὄνομα, id est, in nomen, tamen Latinorum versionem sequitur Auctor: in nomine; idque non hic modo, sed & paulo ante, quum dixit: credentes in nomine eius.*

150. vt de Domino scriptum est: & ex Deo natus est.] *Istud Auctor, ex sententia non sua, sed secundum prædictam lectionem adulterat Valentiniā; quia nusquam in scripturis alibi legitur illud de Christo: & ex Deo natus est.*

151. Oro vos, si Dei spiritus non de vulua, &c.] *Quum sic habuerint MS. cod. Rhenani, & consentiant Vatican. 3. MS. cod. non placet quod substituit Rhenanus ex conjectura: Dei filius; quia est impropria sit illa locutio, non tamen propterea immutanda germana lectio; maxime quum Veteribus etiam aliis usitata sit ea loquendi forma, vti adnotauimus ex B. Hieronymo ad lib. B. Cypriani de Idolol. vanit. num. 71. Et verò aliquo modo dicitur Christus Dei spiritus, quia Deus; sed proprie id non dici Auctor ipse indicat infra sub finem lib. aduers. Praxean, quum discretis verbis spiritum sanctum vocat tertium nomen diuinitatis, et tertium nomen maiestatis. Omnino autem omittimus paulo post superfluum illud, & quod in se contradictionem continebat: extra vuluam, quum immediatè præcedat: intra vuluam fieret.*

CAP. XX.

152. Qualis est autem tortuositas vestra, &c.] *Titulum huic capiti deditur: Aduersus eosdem, quod non ex virgine, sed per virginem natum Christum agnoscerent. Valentiniū enim scribit apertius Auctor supra l. de Præscr. adu. her. c. 29. asseruisse: Christum quasi aquam per fistulam, sic per Mariam virginem transfuisse: nihil inde vel accipientem vel mutuamtem. Item lib. adu. Valentiniā, c. 7. Christum (inquiunt) in præpositionum questionibus positum, id est per virginem, non ex virgine aditum; quia delatus in virginem transineatorio potius quàm generatorio more processerit; per ipsam, non ex ipsa, non matrem eam, sed viam passus. Eundem etiam errorem illis adscribunt BB. Iren. l. 1. c. 1. eundem constat ans. l. 3. c. 18. 31. ac 32. (quomodo etiam Vigilii l. 3. cor. a Eutychem) Epiphani. her. 31. Augustinus, Theodor. Damasc. Honorius, Isidorus, Hrabanus, & Gratianus, tractantes de hæresibus.*

153. Platonici Valentini.] *Similiter supra lib. de Præscript. aduers. heret. cap. 7. de eodem: Platonius fuerat, & cap. 30. Platonice sectator. In omnibus autem Platonem secutum Valentiniū; tamen ibidem num. 39. tum pluribus locis lib. adu. Valentiniā ostendimus. De Plalmis autem eius vide supra num. 134.*

154. Quia tu es qui auulisti me ex utero matris meæ, &c.] *Vocè ἐκ τῆς μήτρας transfudit auellere, quam alij extrahere; addens illud matris meæ ex sequentibus verbis, ad maiorem emphasim. Deinde vocem ἔκ τῆς μήτρας, utrumque, pro qua alij contentem; & μήτρας, vuluam vertit; sunt enim omnia hæc synonyma. Legimus autem etiam sciendo loco: Ecce aliud, ex 2. Vat. cod. MS. pro: Ecce aliter.*

155. per illum neruum umbilicarem.] *Etiā hoc ad paradoxo pertinet Auctoris, de aperto utero virginis Mariæ in Christi natiuitate; de quo inter Prolegomena.*

156. pendentibus exinde venis sentinam illam, &c.] *Ex: pendentibus, à penda derivari hic debet, non*

pendeo; ac si dicat: Venis natura quodam debito persolventibus sentinam illam, non secus atque pendere nauulum dicimus.

157. regeneratio nostra spiritualiter ab omnibus inquinamentis sanctificata.] Locus adnotandus contra eos, qui per baptismum negant omnia inquinamenta nostra sanctificari, sed reatum manere; de quo vide Adnot. nostras supra lib. de Baptis. cap. 1. num. 4.

CAP. XXI.

158. Si ergo contendunt hoc competisse nouitatis, &c.] Hoc caput inscriptissimum, Quod verè ex virgine natus sit Christus, per scripturas probari. In quo Auctorem imitatur multis isdem scripturis adductis B. Cyrill. Test. adu. Iud. l. 2. c. 8. 9. 10. & 11. Atqui ibi: accedant adhuc communiis ad congressum, nouè comparatiuum deducit à communi, siue communiis.

159. an & angeli conceptum & partum virginis adnuntiantes?] Intelligit tum angelum, qui in somnis apparuit Ioseph, Matth. 1. cum Gabrielem angelum, qui missus ad Mariam virginem, Christi còceptum & partum adnuntiauit.

160. an & omnis iam scriptura quæcunque matrem pronuntiat Christi?] Reperitur hæc scriptura Marc. 1. 2. 13. Marc. 3. Luc. 1. 2. 8. Ioan. 2. 6. 19. et Act. 1.

161. Benedictus fructus utri tui.] Sic omnino restitimus ex Vatic. 2. MS. cod. pro: Beatus; quia & Græcè est εὐλογοῦντος; & non modo B. Cyprian, sed & Patres omnes ita vertere solent.

162. An quia ipse est flos de virga profecta ex radice Iesse, &c.] Omnino lego: profecta, pro eo quod erat nullo sensu bono: proiecta; nam Isaiæ 11. legitur εἰς ἐξελκόμετον, id est, egerdietur, seu, ut legit Auctor infra lib. 5. adu. Marc. Prohibet virga de radice Iesse; pro quo interim paraphrasticè supra lib. adu. Iud. c. 9. nascetur; ubi & Ladu. Marc. 3. locum hæc eodem modo explicatum videre est. Atqui legitur quidem MS. 3. Vatic. cod. et uir in fructum; sed: eruditur, Tertullianicum est.

163. & Iesse per Dauid sciant adherere. Ideò hunc fructum, &c.] Etiam hic locus ita restituendus, pro eo quod erat: & Iesse per Dauid sciant adherere Deo. Hunc fructum; nihil enim ad institutum faciebat illud: Deo, & sensum obscurabat.

164. ex lumbis Dauid, &c.] More suo adludit ad duas scripturas Auctoris, Psal. nempe 131. & Act. 2. aut saltem, sicuti Lucas ibidem, ita etiam utris nomine lumbos intelligit hic Auctor. Nam pro eo quod legitur Psal. 131. secundum omnes, & ipsum Auctorem infra l. adu. Marc. 3. iurauit Dominus Dauid, etc. de fructu ventris tui (Græcè τῆς κοιλίας) ponam super thronum tuum; Act. 2. sic interpretatur Petrus: Prophecia igitur quum esset, et sciret quia iureiurando iusset illi Deus; de fructu lumbi eius (Græcè τῆς ὀσφύος) sedere super sedem eius.

CAP. XXII.

165. Deleant igitur & testimonia dæmonum, &c.] Quum eiusdem sit argumenti hoc caput cum precedenti, nouo titulo non est opus.

166. Filium Dauid proclamantia Iesum.] Etiam hunc locum restitui ex Vatic. 3. MS. cod. omissa Præpositio: ne: Ad, planè superflua. Porro mirum est, ad quem locum hic adludat Auctor, quum nusquam legantur apud aliquem Euangelistarum dæmonia filium Dauid proclamantia Iesum; sed dumtaxat ab iis dicatur Marc. 1. & Luc. 4. Quid nobis & tibi Iesu Nazarenæ? & Luc. 4. Quia tu es filius Dei; item Matth. 8. Quid nobis & tibi Iesu filii Dei; nusquam verò filii Dauid; nisi forte ipse

codices ita legerint; verum, quòd illud magis miraculo ueniat. Videtur etiam hic memoria lapsus, et aliam semel, qui illud Chananea matris, Matth. 15. Mater mei filii Dauid, filia eius à dæmonio uocata adpropriet, aut putauerit matrem id ex ore filii dixisse. Ceterum Auctor infra l. 4. adu. Marc. tractans 4. cap. Lucæ, & pulcherrimè explicat illud: Iesu Nazarenæ; & respondit: Tu es filius Dei.

167. Matthæus fidelis. Euangelij commentario, &c.] Magna (inquit Rhenan.) laus Matthæi Euangelista.

168. Liber genitura Iesu Christi, &c.] Genitura genituram dixit Auctor, pro generatione, sicuti etiam lib. sequenti de Resurrect. carn. à conditione geniturae.

169. & in femine tuo benedicentur omnes nationes, &c.] Etiam istud partim sumpsit ex veteri testamento, Gen. 22. ac 26. partim ex nouo, Gal. 3. quæ verba quod illic legitur: in femine tuo, legit Apostolus, qui tamen etiam, uerbis non multo post sequenti loci citatis, illud explicat: Non dixit feminibus, tamquam de pluribus, sed femini, tamquam de vno quocumque Christo. Omnino enim lego: femini, pro eo quod est mine, & addo secundo: tamquam, quia si legimus, postoli exemplaria Græca, Latina, & Syriaca, legimus videtur etiam Apostolus respexisse, non solum ad Iacobum Gen. 22. sed & ad alias promissiones, quæ dicitur dictæ sunt, & femini eius, Gen. 12. 13. 15. & 17. ut fortassis etiã (si hic in sensu abundare liceat) Ihesus postolus ad illud Cantus Maria, Luc. 1. Sicut locum illi patres nostros Abraham & femini eius. Apud postolo omittit hic Auctor tetra; quòd habetur in Genesi, & etiam supra reperitur l. adu. Iud. ubi dicitur autem in hoc à vulgato interprete, quòd uocatur minibus, ac: de vno, quòd illic in utrobique uocatur utri utrumque significat; Syriaca translatio habet.

CAP. XXIII.

170. Sed agnoscimus adimpleti, &c.] Iam huius capitis ipse Tertullianus indicat: Quis in lib. adimpletur Prophecia Simeonis de Ihesu, &c. tradicetur.

171. & in signu cui contradicetur.] Sic legitur tim ex 1. aditione, partim ex 1. Vatic. MS. cod. quod contradicetur; tum quòd appelleretur paulipost, tum contradicibile, tum quòd Græcè sit Luc. 2. utriusque ἰδου; quòd denique etiam sic legatur B. Augustini, & 88. & Origenes in homilia alicubi.

172. Propterea dabit uobis Dominus Ihesum, &c.] Omnino sic legendum patet, tum ex uoce Græcæ, tum ex uoce Hebrææ Adonai, Isai. 7. quare etiam supra Tom. 1. lib. adu. Iud. cap. 9. & apud B. Cyrill. Test. 1. c. 9. ubi hæc tenus: Deus legitur.

173. Academici isti, &c.] Propterea Academicos uocat hos hereticos, quòd, sicuti illi, nihil certi adfirmant.

174. non uirgo quantum à partu.] De hoc supra 10. Auctoris, quod pro se etiam Helvidius citat, supra reperitur infra Tom. 5. lib. de Montan.] inter quoque mensa nostra latius. Omitimus autem cum 3. Vatic. MS. particulam: hoc, bis reperitur; legentes cum Ihesu illud: non nuptiæ, superfluum; ubi legitur in partu non nuptiæ, ipsa partu facti corporis lege; de quo supra rad. 10. etiam inter Prolegomena Latius uocè adnotatum, tum aliquem sensum scripturæ sequenti adfirmatum, &c.

175. Omne masculinū adaperiens uuluum, &c.]

TERTULLI
CUM ADNOTAT
PAMELI
A. V.
16.

Hanc scripturam citat Auctor, sicuti est Luc. 2. Nihil in-
terim hanc scripturam facit pro opinione Auctoris; quia sic
potest intelligi, ut Christus quidem naturalia virginis
Maria membra aperuerit, sic tamen ut pudicitia virgi-
nitatis claustra non conuelleret. Proinde eleganter qui-
dam Graecus (à Reuerend. Domino Iansenio citatus Cōment.
Concord. Euang. cap. 10.) Solus (inquit) Christus non-
dum apertam supernaturaliter aperuit, & clausam natu-
raliter serauit. Et B. Hieronymus lib. 2. aduers. Pe-
lagian. Solus Christus clausus portus uulue virginalis
aperuit: quae tamen clausa iugiter permanserunt. Hac
est enim porta Orientalis clausa, per quam solus Ponti-
fex ingreditur & egreditur, & nihilominus semper
clausa est. Sine autem legas cum excus. Dei filius, sicut
cum Patre. 3. MS. cod. sancti filius, perinde est sicuti etiā
legendo: clausam patefecit, aut: clausam.

176. Legimus quidem apud Ezechielem de vac-
ca illa quae peperit, & non peperit, &c.] Ad idem
ex 3. Patre. MS. cod. &c. quae autem diligens Lector, ubi
haec scriptura reperiri potest. Reperitur quidem Job 21. uox
translatiōnem Hieronymus. Vacca peperit, & non est pri-
uata fructu suo; pro quo quis potest conicere lectum esse:
& est priuata fructu suo; nisi longè aliter Graeci esset, &
hic Ezechiel citaretur. Ex istem legimus: ne vos iam
tunc prouidens (aut peruidens) Spiritus sanctus;
pro eo quod erat: ne nos iam nunc, corruptiss.

CAP. XXIII.

177. Quod enim Elaias iaculatur, &c.] Caput hoc
insignissimum: Quod eisdem haereticos etiam alia
scripturae suggiliant.

178. Vae qui facient dulce amarum, & tenebras
lucem.] Infrā hanc ab similitudine Scorpiano adu. Gnosticos,
cap. 1. Vae qui dulce in amarum, & lumen in tene-
bras conuertunt; utrobique sensum potius quam uerba
Iai. 2. citans; nam ubi legitur uerbis transpositis etiam se-
cundum 70. Vae ponentes tenebras lucem, & lucem
tenebras, ponentes amarum dulce, & dulce ama-
rum. Legi autem ex 3. Patre. MS. cod. & caro non alia
sit quam uideatur.

179. Ego sum (inquit) Deus; & alius absque me
non est.] Videtur hoc sumptum ex Iai. 45. cap. ubi
legitur: Ego Dominus Deus, & non alius; & rursus:
& non est Deus praeter me, uti etiam supra adnotauimus
lib. aduers. Hermogen. cap. 6. nu. n. 25. Simile est
etiam illud Iai. 46. Ego sum Deus, & non est Deus
praeter me; & Deuter. 32. Videte quod ego sum, & non
est Deus praeter me. Legi autem ex dicitur 3. Patre. MS.
cod. Et cum aliis (id est, sicuti loqui solet, alio lo-
co) pro: alio.

180. Ante me Deus non fuit.] Etiam hoc ex Iai.
sumptum cap. 46. ubi secundum 70. legitur: Ante me
non fuit alius Deus; quod quum uel quidam ad filium,
Auctor potius ad patrem Deum refert, dum addit: ne-
scio quas illas Aeonum Valentinianorum Genea-
logias pulsar; de quibus uide supra integrum librum
aduers. Valentin. cum Genealogia ditorum Aeonum à no-
bis restituta. De scriptura uero qua Hebionem responde-
tur, supra cap. 19. secundum quod omitimus: & cum 3.
Patre. MS. cod. legentes utrobique: de caelo, pro: de caelis.
Quid denique enigmata lib. de Praescript. adu. her. cap.
30. num. 175. & de proverbio: signum dirigit, uide no-
stra Epilogomena.

181. Qui negat Christum in carne uenisse, hic
Antichristus est.] Quum istud reperitur in 2. Epist.

Ioan. patet Auctorem epistolam illam non minus quam
primam pro authentica habuisse; de qua alicubi supra
latius, quam etiam Ioannis Apostoli Epistolam uocat
Aurelius à Chullabi Episcopus in Synodo Africana sub
Cypriano.

182. Sicut & definiens ipsum quoque Christum
vnum.] Intelligit Apostolum Paulum, apud quem 1. Cor.
8. legitur: & vnus Dominus Iesus Christus. Valenti-
niani autem sunt, qui alium faciunt Christum, alium
Iesum. De quibus uide supra lib. aduers. Valentin. cap. 27.
Sive autem legas: sub tribus arbitris, cum excusis, si-
ue cum MS. 3. Patre. cod. testibus, perinde est.

183. alium ceteris passiuum.] Passiuum ceteris
(inquit Rhen.) uocat communem ceteris, hoc est, nō disfe-
rentem à ceteris, nec excusum, sed uulgarem, uilemque.
Sic passiuum nomen Dei dicit, & passiuum con-
uictum adu. Marcion. lib. 1. pro communi & promiscuo.
Item passiuos discipulos adu. Valentin. hoc est, incon-
stantes atque passim uagos, nec uni magistro addictos. Rur-
sus licentiam passiuam lib. 1. Ad uxorem, & passiuū
centum lib. de Monogam. Porro uidetur hoc uocabu-
lum Aetris fuisse peculiare. Nam quum Decretorum in-
gens illud uolumē, quod Burchardus Vormatiensis An-
tistes congregit ante Gratianum, aliquando euenerem;
reperi illud in tertia constit. Carthaginensis Concilii, quae
sic habet: Martyrium dignitatem nemo prophanus infa-
met, nec passiuā corpora, quae sepultura tantum propter
misericordiam Ecclesiasticam commendari mandatum est,
redigant; ut aut infamia praecipitatos, aut alio peccato dis-
cretos non ratione uel tempore competentis, quo martyria
celebrantur, martyrum nomine appellent. Ceterum eius Sy-
nodi constitutiones perscripsisse fertur Aurelius Cartha-
ginensis Episcopus. Passiuā corpora, uocat quolibet. Pas-
siuitatem etiam usurpat Tertullianus plus semel in se-
quentibus opusculis, pro libertate in malam partem, qua
homo sit inconstans, & nunc ad hoc, nunc ad illud versa-
bilis. Adit Latinius esse illum Canonem à Rhenano ci-
tatum 1. Carthag. concilii, cap. 2. & quod eiusdem Con-
cilii cap. 7. legatur: communio passiuā, id est, indiffe-
rens, cuius nullo habito discrimine passim permittitur.

184. per quod suā quoque in alia carne resurre-
ctionē adseuerant.] Vide de hoc errore Valentinianorum
supra lib. de Praescript. adu. her. cap. 49. num. 315. ad il-
lud: Resurrectionem huius carnis negat, sed alteri-
us. Videtur enim aliam carnem, id est, non eandem,
resuscitandam adfirmasse.

185. Sed bene, quod idem ueniet de caelis, qui
est passus, &c.] Ad ludere mihi uidetur ad illud Aet.
1. Hic Iesus qui adsumptus est à uobis in caelum, sic ueniet,
quem admodum uidistis eum euntem in caelum.

186. Et uidebunt & agnoscent qui eum con-
fixerunt.] Citat hanc scripturam, non tam sicuti Za-
char. 12. atque Ioan. 19. reperitur, quamquam etiam in hoc
diuersus sit, quod explanationis gratia addat: & agno-
scent, deinde legat: qui eum confixerunt, pro eo
quod Euangelista, in quem transfixerunt, Graece, Latine,
& Syriace. Quomodo interim etiam legat Pat. 3. MS. cod.
infrā lib. de Resurr. carn. cap. 26.

187. qui adfirmant carnem in caelis uacuum sen-
su, ut uaginam exempro Christo federe.] Hunc ab-
surdissimum errorem qui adfirmauerint, quaeat diligens
Lector. illum autem, quo Christum sine carne caelos ascen-
disse dicebant, adtribuit Philastrius Passiuistis, & Selen-
tianis, ac Hermianis, quod carnem expoliastam, quum in

cælum ascenderet, in sole posuerit Christus, iuxta illud: In sole posuit tabernaculum suum; ad quem posset videri ad-
ludere Auctor, si legeret: in sole vacuam, ubi legitur: in
cælis; sed ea castigatio nimis foret libera, maxime cum Ter-
tulliano illi posteriores videantur.

CAP. XXV.

188. Sed hæc tenus de materia præsentis, &c.] Ti-
tulum Epilogi huic capiti dedimus. Legi autem omnino:
aduersus omnes præiudicauerimus, pro eo quod erat:
prædicauerimus.

189. Vt autem clausulam de Præfatione com-
muni faciat RESURRECTIO CARNIS NO-
STRÆ ALIO LIBRO DEFENDENDA,] In
hunc locum distinximus & correximus ex 1. Pat. III.
cod. pro eo quod erat: Vt autem clausula de Præfatione
communi faciat, resurrectione, &c. Vult enim resurre-
ctionem communem sequentis libri de Resurrectione
carnis, facere clausulam huius libri.

190. manifesto iam.] Subauditur (inquis aliam)
existente, ut Græci δὲ ἄλλο ὄρος.

ARGUMENTVM LIBRI DE RESURRECTIONE
CARNIS, PER IACOBVM PAMELIVM.

- I. **D**E Resurrectione carnis scripturus Auctor, imprimis tradit eam etiam scriptis
præsertim Platonicis ac Pythagoricis non ignotam fuisse.
- II. Hæreticos vero, etsi cum Sadduceis non agnoscant, reuinci tamen tam
bro præmisso DE CARNE CHRISTI, tum DE DEO CARNIS
AVCTORE, ET CHRISTO CARNIS REDEMPTORE, libris ADVER-
MARCIONEM scriptis; quod Anima resurrectionem non negent, præter solam Lau-
num; contra quem Anima immortalitatem libro DE ANIMA tutatus sit.
Proinde hæreticos non debere vulgi in ea deneganda ignorantiam sequi.
- III. Neque enim obstare, carnis quam prætendunt ignobilitatem.
- IV. Primum, quod à Deo facta sit.
- V. Item, quod Dei manu exstructa.
- VI. Quod iam limus in carnem reformatus & immutatus sit.
- VII. Quod apud Christianos caro abluatur, unguatur, signetur, manu impositione ablu-
tur, corpore & sanguine Christi vescatur; denique post conflictationes anima, ieiunia, po-
ginitatem, viduitatem, pro nominis Christi fide moriatur.
- IX. Quod Christus, carnem etsi infirmam, & peccatricem, dilexerit.
- X. Quod denique scripturis caro illustretur.
- XI. Neque verò, Dei potentiam excedere Resurrectionem carnis.
- XII. Diuina enim potentia exemplum esse; diei ac noctis; hyemis & æstatis; veris ac carni-
ni, vicissitudines.
- XIII. Phanicem etiam Orientis alitem, qui semetipsum funerans renouat.
- XIIII. Atqui, & causam restitutionis carnis idoneam subesse, Dei in bono remunerantis &
malo puniendo iudicium.
- XV. Quum enim operarum inter se anima & caro societatem habeant; oportere etiam
pænæ aut gratiæ communicare mercedem.
- XVI. Etsi enim vas anime caro appelletur; non tamen propterea, non & meritis anime
municare.
- XVII. Atque adeo, quum Anima facta per carnem administrantur; non sufficere, animam
ueri aut cruciari sine carne, pro operibus carnis.
- XVIII. Deinde apud omnes edictum Dei pendere: Resurrectionem mortuorum.
- XIX. Quam quidam malè in imaginariam significationem distorquent.
- XX. Non omnia enim Prophetas per imagines concionatos; tum quod, si omnia figurat

TERTUL
CUM ANNOTAT
PAMELI
A. V.
16.

erit illud cuius figurat: tum quod in ipsum Christum insigniora quæque luce clarius, verè nō figuratè, adimpleta sint.

Tot quoque esse instrumenta diuina ita apertè corporalem contestantia resurrectionem; XXI.
ut nullam admittant figuratæ significantiæ suspensionem.

Respicendum esse denique ad illas scripturas, quæ non sinunt credere, resurrectionem autem factam, aut ab excessu statim vitæ fieri. XXII.

Esti autem Apostolus ad Colossenses, spiritualiter nos resuscitados dicat; non negare tamen, etiam corporaliter resurrecturos. XXIII.

Quippè, quum ipse Epistolis suis ad Thessalonicenses, resurrectionem apertè confirmet. XXIII.

In Apocalypsi similiter Joannis, ipsa tempora resurrectionis indicari. XXV.

Quid: quod liceat etiam corporalem resurrectionem de patrocinio figurati eloquij Prophetici vindicare, tum terræ, tum vestimentorum nomine. XXVI.

Immo, sicut vocibus, ita et rebus ac factis prophetatam resurrectionem. XXVII.

Manifestissimam denique esse de eadem Ezechielis determinationem. XXVIII.

Eamque talem, ut figuratè aut allegoricè non possit intelligi. XXIX.

Quum aliis quoque manifestis Prophetarum probetur testimonij. XXX.

Isque eiusmodi, quibus prædicatur etiam corporum insepulorum resurrectio. XXXI.

Porrò etiam in Euangelis, non omnia in parabolis à Domino pronuntiata. XXXII.

Immo in omni Resurrectionis mentione, corporalitatem carnis à Domino propriè significari. XXXIII.

Quamquam ad eam carnem Christus dicat nihil prodesse; ex materia dicti, sensum esse dirigendum. XXXIV.

Maximè, quum etiam factis mortuos resuscitando, futuram resurrectionem significari. XXXV.

Resurrectionem quoque Apostolicorum Astorum instrumenta testari. XXXVI.

Perperam proinde, suo etiam more hæreses pro se interpretari, interiorem et exteriorem hominem; quasi per corruptionem, exterioris carnis corruptelam intelligat. XXXVII.

Sicuti etiam illud de domo tabernaculi nostri quæ dissoluitur. XXXVIII.

Sed demutari dumtaxat cadauera, non morte denorari; quum Gigantum antiquissimorum crates adhuc supersint, sicuti etiam dixerit Auctor alibi. XXXIX.

Neque verò etiam peregrinationem à corpore pro ipsis facere, quòd addat Apostolus, reportare debere per corpus secundum quæ gessit quis, bonum siue malum. XL.

Item etiam inde quòd dicat: Vitam fesu manifestandam in corpore. XLI.

Alia etiam cæcitate eos impingere, in veterem et nouum hominem. XLII.

Sicuti idem Apostolus carnem damnare videatur; carnis opera damnare. XLIII.

Carni enim salutem repromittere. XLIV.

Apertissimè denique I. Cor. 15. Resurrectionem carnis ab illo confirmari. XLV.

Atque ad eò ex antecedentibus disci; quali conditione ex hæredauerit à regno Dei carnem et sanguinem, nempe carnis opera. XLVI.

Immo, omnismodi interpretationibus, ipsas quoque substantias carnis et sanguinis, non aliter quam sunt, intellectas, licere resurrectioni vindicare. XLVII.

Vel per Christum id ipsum probari, qui carnem et sanguinem secum vexerit in celum. XLVIII.

Et verò, etiam eodem corpore venturos mortuos, disputare Apostolum. XLIX.

Neque enim corpus animale, posse animam intelligi, sed carnem. L.

LII.
LIII.

- LIIII. Nec etiam, ut supra adtigit, carnem à vita deuorari, sed id quod in ea mortale est,
 LV. Aliud in super esse de mutationem, aliud perditionem carnis.
 LVI. Alioqui absurdum esse; aliam substantiam, nempe carnis, operari; aliam, nempe animae, mercede dispungi.
 LVII. Oportere etiam resurrectionem integram credere, scripturis id adfirmantibus.
 LIX. Et carnem itaque & animam, sententiam salutis aut pœnæ subituram.
 LX. Sexu etiam & membris saluum hominem resurrecturum; etsi vacent à solitis officiis, & necessariis.
 LXI. Præsertim quum quædam illorum officia, quibus Deum laudamus & prophetamus, remansura sint; & etiam in hac vita vacent cibis ieiunio functi; & sexum à genitura subducant spadones voluntarij, & Christo maritatae virgines.
 LXII. Futuros denique nos, non angelos, sed sicut angelos Dei.
 LXIII. Quocirca concludi, Resurrecturam carnem, & quidem omnem, & quidem ipsam, & quidem integram.

Ceterum, præterquam quòd dicto 11. cap. citentur Libri de Anima, de Carne Christi, & aduersus Marcionem Libri secundus & tertius; sicuti horum alter iterum cap. XIII. ac deinde Liber de Anima, cap. XVII. & XLV. qui omnes absque controuersia Tertulliani sunt; etiam nominatim fit huius Libri mentio (unde colligitur, quòd in huius Tomi Propositione diximus eodem ferè hos cõscriptos tempore) tum supra sub finem libri de Carne Christi, tum infra à lib. 5. aduersus Marcionem, cap. x. Prioris loci hæc sunt verba: RESURRECTIONE NOSTRÆ CARNIS, alio libello defendenda; hic habebit præstructionem, manifesto iam, quale fuerit quod in Christo resurrexit. Posterioris, ubi Epistolam 1. ad Corinthios explicat: Reuertamur (inquit) nunc ad RESURRECTIONEM, cui & aliàs quidem proprio volumine satisfacimus, omnibus hæreticis obiectis; sed nec hic desumus, propter eos qui illud opusculum ignorant. *Cap. 1.* Librum hunc MS. viderunt Trithemius & Politianus. In lucem primus edidit Romanus ex Paterniacensi & Hirsaugiensi codicibus, cum Scholiis, deinde castigatiorem ex Zienziensi, cum Adnotationibus; castigauit deinde Gelenius ex Britannico codice Lalantiensi, denique iterum recognouimus ex Vaticanis tribus, & Anglo Ioannis Clementi, & exemplaribus, ac Latinij coniecturis; & nouo Argumento ac Adnotationibus auctioribus.

Q. SEPTIMII FLORENTIS
 TERTULLIANI DE RESURRE-
 CTIONE CARNIS LIBER.

CAP. I.



RESURRECTIONE Christianorum, resurrectio mortuorum: illam credentes sumus, hoc credere veritas cogit. Veritatem Deus aperit. Sed vulgus inquit, existimans nihil superesse post mortem: Et tamen defunctis parces tant, & quidem impensissimo officio pro moribus eorum, pro temporibus esculentorum, ut quos negant sentire quicquam, etiam desiderare præsumant. At ego magis ridebo vulgus, tunc quoque quum ipsos defunctos atrocissimè exurit, quos postmodum gulosissimè nutrit, iisdem ignibus & promerens & offendens. O pietatem de crudelitate ludentem: sacrificat, an imolat, quum crematis cremat? Planè cum vulgo interdum & sapientes sententiam